

Bibliothèque numérique

medic@

**CAELIUS AURELIANUS.** Caelii  
Aureliani methodici siccensis liber  
celerum vel acutarum passionum qua  
licuit diligentia recognitus, atque nunc  
primum in lucem aeditus

Paris : Simon de Colines, 1533.



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)  
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?33333x01>

CAELII AVRELIA=

NI MET HODICI SIC=

CENSIS LIBER CELE RVM

VEL ACUTARVM PAS-

sionū, qua līcuit diligentia recognitus, atq; nunc primū in lucem æditus.



P A R I S I I S  
Apud Simonem Colinæum.

I S 3 3.

 EXCELLENTISSIMO

viro Ioanni Brayllon Medicorum  
apud Luteciā facile principi, Ioan-  
nes Guinterius Andernacus, S.

 Aeliū illū Aurelianū de mor-  
bis acutis quem mihi nuper  
emaculādū credideras, vir or-  
natissime ad te remitto, formis  
Colinæi Typographi citra cōtrouerſiā  
in Gallijs primi excusum, leuitérq; po-  
tius q̄ seuere castigatū, simul vt volūta-  
ti tuę qua maior mihi vix est vlla, obſe-  
cundē, simul vt studiosos homines hoc  
etīa beneficio prolixī demerear. Qua  
in re si minus petitioni tuę respōderim,  
cogitato maluisse me prudentiam meā  
abs te desiderari, q̄ benevolentiam. Cur  
enim nō tibi de me tam præclare quoti-  
die merēti, tāmq; honesta i cōmunē stu-  
diosorū gratiā postulāti morē geram?  
Imò gratias potius referēdas tibi cen-  
ſeo, q̄ in tanta Medicorū turba vnū me  
dignū existimaueris, cui op̄ hoc Cœlij  
in re Medica olim Clarissimi castigādū,  
ædēdūq; cōmitteres. Nā quis nō abs te

a.i.j.

haberi aliquis optet , qui omnium do-  
ctorum consensu,communi hominum  
suffragio, ac etiam experientia princi-  
patum in arte nostra,hoc est,medica te-  
neas,in cuius venerationē nunc pateat  
omnia,qui veluti præsens non tam pri-  
uatis q̄ principibus viris,adeoque regi-  
bus numen expetare.Id quod non leui  
iudicio hominū fieri aliquoties sum ex-  
pertus.Tam exacte veterum,per quos  
hæc consummatur professio,scripta cō-  
plexus es: tam diligenter recentiorum  
examinasti,vt nihil tibi queat impone-  
re.Accedit huc incredibilis per tot an-  
nos rerum plurimarū experientia,qua  
omnes nos per varias mortalium ægri-  
tudines,tanq̄ manu ducis,ac ne alicubi  
vacillemus,cōfirmas.Iam quantū illud  
est,q̄ in maximis occupationibus nūq̄  
intermittis studia doctrinæ.Qui ppe ni-  
hil aut vetus , aut nouum ex doctorum  
officinis prodit,quod non diligenter le-  
gas,discutiāsq̄.Hinc etiā est, q̄ omnes  
qui aliquid de literis possunt iudicare,  
singulari benevolentia comprehendas,  
tueare,iuues. Proinde quicquid operæ  
in hoc authore castigādo insumpsim⁹,

tibi vir clarissime, à quo accepi, nunc upatim dedico, cupioq; vt Celi nostri patrocinium suscipias. Nam scio non defore, qui caluniabuntur Veneris sandalium. Certe author, si quid iudico, lectu dignus est vel hoc nomine, vt cognoscamus, quales tādem fuerint, quibuscum Galenus noster acerrime certare dignatus sit. Item vetustas nō parū apud doctos commendari solet. Præterea diligens illa seu in refellēdo, seu in astruendo vetustissimorum authorum commemoratio plurimum habet authoritatis, cāq; Latino sermone, quo hoc in opere usus est, græcæ eruditionis, vt cuius facile erit intelligere, peritissimus. Cæterum dictio ipsius, Afrum fuisse testatur, haud paucis ante Galenū annis cognitum. Habet itaq; vir excellentissime pensum abs te mihi impositum: quod si gratum esse sentiam, serio triumphabo: si studiosi aliquid, hinc vtilitatis percipient, percomode cecidit. Vale ex ædibus nostris Luteciæ, Calend. Septemb.

1 5 3 3.

a.ijj.

CAPITA PRIMI LIBRI.  
Primus de phreniticis passionibus.

- Vtrum ne sint signa futuræ phreniticæ passio-  
nis. Cap.I.  
Quæ sequuntur qui in phreniticam passionem  
pronî intelligâtur, quos labiles dixim⁹. Cap.II.  
Quomodo intelligitur phrenitis. Cap.III.  
Quæ sunt huic similes passiones, & quomodo  
discernuntur. Cap.III.  
Quomodo discernimus à phreniticis eos qui in  
furore febricitant. Cap.V.  
Quomodo discernimus eos dormientes ab alijs  
qui in lethargiam deueniat passionē. Cap.VI.  
Quæ sūt differētię phreniticę passiōis. Cap.VII.  
Quis locus in phreniticis patitur. Cap. VIII.  
Quomodo curandi sunt phrenitici. Cap. IX.  
De phlebotomia. Cap. X.  
De cucurbita. Cap. XI.  
Ad Dioclem. Cap. XII.  
Ad Erasistratum. Cap.XIII.  
Ad Asclepiadem. Cap. XIII.  
Item ad Asclepiadem. Cap.XV.  
Ad Themisonem. Cap.XVI.  
Ad Heraclitum. Cap.XVII.

CAELII AVRELIA-  
NI METHODICI SICCEN-  
SIS CELERVVM VEL ACV-  
tarum passionum Liber primus.



Iunt Ippallum pythagoricum Philosophū interrogatum quid ageret, respondisse, nondum nihil; Nondū quidem mihi inuidetur. Si igitur proficiuntium testis est inuidia, quę nobis solim comes est, magna gerim⁹, in his quę gerimus. Placet itaq; Bellice discipulorū summe celerum passionū libros scribere, quos tibi vtiles magis q̄ necessarios fore cōfido. Vtiles inq; vt si qua forte à Grēcis obscurè dicta sunt, reuelētur. Nōnunq; necessarios: hæc enī necessario in quo sunt posita me tradente legisti. Nam interrogatiōnū ac responsionū libros, quibus omnē me dicinam breuiter dixi iamdudum ad Lucretium nostrū perscriptos aptissime destinaui. Is enim, vt nosti, ex omni parte Grēcarū scientia prædictus est, literarum. ¶ Principio te scire volo omnium celerum passionū aliquas esse cū febribus, aliquas sine febribus. Quarum necessario cū febrib⁹, sunt plurimæ: vt phrenitis, lethargia, pleuritis, peripneumonia. Sine febribus autem synanche, cholera, & id genus, sicut ex consequentiis tibus docebimus. Sed exordiū sumemus ab his quæ cum febribus esse noscūtur, siquidem fe-

a.iiij.

## CÆLII ACV. MORBORVM

bres sunt acutis magis comites passionib⁹, in quibus est phrenitis præponēda. Nomē igitur sumpsit à difficultate mentis, sicuti & dysenteria, & dysuria, quod virinā vel ventrē impedian. Phrenas enim græce mentes vocauerūt. quare ut supra diximus impedimentum phrenitica ingerit passio. Nam Demetrius Erophilum sequens libro sexto quē de passionibus scripsit, hanc diffiniens, deliratiōnē dixit vehementē cū alienatio ne atq; febre, & in interfectionē celerē, aliquādo, & in sanitatem. Sed neq; à deliratione vehementi alienationē differre quisquā existimet: quā sanè passionē frequētius cū febribus, sed iugiter ac necessario nunq; sine febribus esse accepimus. dehinc ultra disciplinam elatus longa hoc diffinitione explicasse perspicitur adjicendo cito interficiētum esse passionē, vel in sanitatem celerem. Erat facile acutā vel celerem passionem dicere, quod in vtrāq; pārte ocyus feratur, & esset hoc diffinitioni sufficiens. Asclepiades primo libro de celeribus scribens passionibus phrenitis, inquit, est corpusculorum statio, siue obtrusio in cerebri membranis frequēter sine sensu cū alienatione & febribus. Hanc ipse explorans diffinitione nē cū febribus dixisse inquit: siquidē si ne his etiam mēte alienantur, vel qui papauer aut mandragoram, aut altercum biberint, aut immensa ira, aut nimio timore commoti, vel mœstitia etiam cōpressi, aut epileptica agitati passione, sine consensu (inquit) diffiniens. Ne etiā pleuriticum vel peripneumonicum phreniticū putaremus, qui in statu passionis septimavel octaua die sāpe mentis erroribus agitatūtur. Eius

sectatores quidam residuā partem diffinitionis  
diferentes stationē corpusculorū vel obtrusionē  
aiunt eum dixisse secūdum membranas cerebri,  
si quidem sint etiam medullarū spinæ membra-  
nē. In quibus cū fuerit obtrusio, nō ingerit phre-  
nitim. Pluraliter autē vsum dicunt, vt membra-  
nas diceret. Siquidē siue per multas, siue per om-  
nes id eueniat, etenim si singulariter poneret, ne-  
garet esse in multis, sed quisquis hūc sequeretur  
vnius esse membranæ causam putaret. Frequen-  
ter autem quod adiecit diffiniens, quidam sequē-  
tibus adscriperunt, vt sic intelligamus, frequen-  
ter sine consensu. siquidem cum sensu atq; vehe-  
mēter fiat aliquādo phrenitis. Alij vero ātecedē  
tibus esse inquiūt iungēdum, vt sic intelligatur:  
frequēter statio, vel obtrusio. Quomodo febrem,  
illam vehemētem dixit, cum de causis tractaret,  
& quæ per stationem vel obtrusionem fuerit. Il-  
lam vero solubilem atq; leuem quæ ex turbatio-  
ne fuerit, liquidarum materiarū, atq; spiritus, sic  
etiam phreniticę passionis illam dixit esse vehe-  
mentē quę statione vel obtrusione fuerit effecta  
corpusculorū. Alij vero non inquiunt quōd sine  
obstruzione fiat aliquando phrenitis. Hoc Ascle-  
piadē dixisse accipiamus, sed quia sola ex ve-  
hementi. Sunt etiam quædā in hominibus sanis  
obstrusiones. Erat igitur melius, vt manifestis &  
cum sequentibus verbis intelligendam traderet  
passionem, & non per occultam atq; dissonantē  
obtrusionem, & quę fortasse neq; esse probetur,  
sicut libris quos intra sectas vnius scriptoris do-  
cebimus. Sed neq; oportuit eādem obtrusionem  
simul phrenitum atq; phreniticę passiōis causam

## CÆLII ACVT. M O R B.

vocare. Siquidem vis loquutionis nihil aliud dicitur  
gnet, q̄ phrenitum esse phreniticę passiōis causā.  
Etenim dicere quod secūdum Asclepiadēm cau-  
sa ea scriptiōnū siue partitionū sint quas Gr̄eci  
categorias appellant, non appellationum quas  
idem pro segorias vocant. Non enim alienatio-  
nis aut febriū, sed alienandi, vel febricitandi cau-  
sas nominat. sic etiam phrenitādi non phreni-  
ticę passionis causas dixit. Primo ad aliud ex a-  
lia re transire videbimur. Vtrum ne partitionū,  
aut ascriptionum, an appellationum sint causae:  
de qua re cum de passionum causis scribere cō-  
perimus, dicemus. Dehinc paululum progrediēs-  
at quę statio corpusculorū, siue obstrusio in qua-  
libus, vel ex qualibus corpusculis fiat, atq; etiā  
quomodo ea quæ partib⁹ eveniunt, totū cōmo-  
ueāt corpus ac febres generēt. Primo in his quæ  
decimo scripsim⁹ enodauim⁹. Nūc enim febres,  
inquit, generent nō febricitare. oportebat autē  
proprie, non improprie loqui. Alij hæc defendē-  
tes aiūt eū verbis significasse phrenitum esse pa-  
sionē ex obtrusione effectā. Habet cōsuetudinē  
pro effectu causas ponere. Deniq; lūe diffiniens,  
lues, inquit, est qualitas insueta, in his, vbi est, lo-  
cis consistentium animalium, qua ex communi  
causa facilibus morbis & imperfectiuis adficiun-  
tur. Etiam nunc lūis causam pro effectu sum-  
pisse perspicitur. Causa etenim lūis est qualitas.  
Lues autem, declivitas in egritudinē prona atq;  
celeberrima cōmunitibus antecedētibus causis. Et  
in alijs vero his vtitur s̄a pe sumptionibus quas  
Gr̄eci metalepses appellāt, vt exēpli causa, dicat  
densatū liquorē pro partib⁹ liquoris dēfatis. par-

res enim ad totum redigit. Sed neque expiant  
his maledicta, sed ostendunt etiam in alijs simili-  
bus peccatis affectum. Quærimus enim non si  
consuetudinem habuit sumptionis faciendæ, sed  
vitrum hæc consuetudo recta esse videatur. Ex-  
terna etenim si fuerit hæc à diffinitionibus con-  
suetudo, veniam fortasse merebitur: in diffinitio-  
nibus vero non poterit ad veniam pertinere. O-  
portebat enim diffinitione loquètem proprijs uti  
sermonibus, & non abusivis, neq; sumptionibus,  
quæ in contrarium sæpe vocentur. Neque nunc  
obstrusio causa est phreniticæ passionis, sicut in  
alijs ostendimus. Neque causam debuit pro effe-  
ctu accipere, neque in membranis consequentem  
obtrusionem fieri, sed in sensibus, hoc est in sen-  
sualibus vijs, quas græci ὀἰσθίας vocant. Om-  
nis enim phrenitis alienationem generaliter, cō-  
muniter autem alienationis substantiam in sen-  
sibus constitutam existimauit Asclepiades<sup>1</sup>. De-  
nique in diffinitionum libris alienationem diffini-  
ens, hoc genere explicauit: alienatio est passio in  
sensibus, ex qua aliquando maiores intellectus  
efficiuntur, capacitate, sensu aliarum viarum, ali-  
quando vero vię capaciores motibus, sed hoc in-  
tardas inquit, ac sine febribus furor vocatur, quē  
vulgo insaniā dicunt: recēs autē atq; cū febrib⁹,  
neq; cū sensu phrenitis intelligitur. Si igitur phre-  
nitis passio est in sensu, nō recte eā principaliter  
diffiniēs obtrusionē dicit esse in cerebri mēbra-  
nis. Addo etiam fieri phrenitum ex consensu per  
seueranti ac vehementi, sicuti ex alijs antecedē-  
tibus causis. Oportuit ergo etiā in eo quod diffi-  
niēs adiecit, verbum frequētiæ seruare ordinē, ne

## CÆLI AC V T. MORBORVM

dicendi abiguitatē daret. Ex qua eius sectatores inter se plurimū pugnauerūt. Métiſ etiā aptissime cū suā explanā diffinitionē dicit q̄ papauer alienationem facit. Soporiferam etenim ingerit pressuram . Hoc adeo defendantes quidam eius sectatores aiunt etiā somno fieri alienationē. Ipse deniq̄ Asclepiades in primo libro celerū paſſionum,furiosos inquit facere ſomnum , ſic etiā alienationem faciunt . His nos reſpondebimus, diſferre pressuram à ſomno contra naturam. Et enim pressura intelligitur ſecūdum naturā ſomnus . Papauera autem pressuram,non ſomnum faciunt. At ſi accipiunt etiā pressuram ſomnū vocari,quæ neceſſario contra naturam eſt, oportebat etiā lethargos dicant alienari,& erit diſſinatio phreniticæ paſſionis lethargiæ cōmunis. Et in lethargis obtrusio eſt ſecūdū Asclepiadem in membranis cerebri cum febribus ac ſine ſenu. De hinc etiā in furore febricitantium cōmu- nis erit diſſinatio.in his enim,vt ipſe ait,obtrusio nem, in membranis cerebri frequenter ſine febribus atq; cum alienatione effectam. Huic occurrentes quidam aiunt quod inquit, cum febribus duo ſignificare.Vnum quod tardantem cum mē branarum obtrufione longi ſcilicet temporis febrem ſignificet , & non ex ipſa ſoluerit exordium : aliud cum febribus quidem , ſed ex cauſa obtrufionis membranarum,febres oriuntur paruæ atq; immitiusculæ,in his, & imminutissimiſ fiunt plagæ ſiue percuſſa, atq; adſrificationes quæ corpori minime accēdere feruorem poſſint.Sed etiā nunc conſiſtentur confuſum dictum, ſi ex hoc duo ſignificat alterum ex hiſ verum , alterū

falsum, dehinc febres fieri in phreniticis ex obstruzione membranarum solitum accipiamus, eo rum tamen dictis repugnans. Additur enim alie natio cum febribus, deniq; etiā obstrusio ex qua alienatio fiet. Quod igitur secundo sequitur, causa prioris esse non potest. Addo etiam febres quæ per totum corpus causam earum ex obtrusione membranarum factam quo totum corpus accē datur, ratione carere. Etenim in epilepticis quib⁹ etiam raptus omnium membrorum ex cerebri membranis, atq; maiore causa secundum Asclepiadem descēdit, quapropter etiā phlebotomiā probat adhibendam, oportebat magis ac vēhemētius febrem accendi. Siquidem maiora corporiscula maioribus mixta cum toto maiores faciant plagas siue percussions & adfricationes. In libris denique diffinitionum phrenitum inquit esse alienationem repentinam cum febribus. Sed etiam nouus furor, quem insaniam vocant, sāpe mouetur cū febribus. Nos igitur manifeste atq; breuiter quantū res patiuntur intelligentiā, siue diffinitionem passionis trademus, dicentes, phrenitum esse alienationē mentis celerē, cū febri acuta, atq; manuū vano errore, ut aliquid suis digitis attractare videātur, quod grēci Crocydismon, siue carphologiā vocat, & paruo pulsu ac denso.

Vtrūmne sint signa phreniticæ futuræ passionis.

Cap.I.

**D**E hinc quārēdum vtrum ne sint signa phreniticæ futuræ passionis. Nā multi sectarum principes iter quos fuit & Asclepiades signa futuræ passionis posuerūt. At Thessalus & ei⁹

## CÆLII ACV T.MOR B.

sectatores, id posse fieri negant, dicentes quia nō futuræ phreniticæ passionis signa vera atque necessaria fuissent. Oportebat autem omnes in ipsisdem cōstitutos necessario esse phreniticos. Nūc vero quidam cum his afficerentur signis, in phreniticam passionem non venerunt. Secundo oportebat etiam aliarum passionum futurarum esse signa. Nullius autem futuræ passionis signa esse perspicimus. Neque igitur phreniticæ passionis esse posse signa credamus. Sed neque præstans-tius quicquam antecedentium causarum, ut adustio, cruditas, violencia, atque exercitium post cibum, vel mansio, siue somnus, in speluncis confertur, aut noua politura in muris parietis cubiculatorum. Hæc alias quoque passiones ingerunt generaliter, ut lethargiā, apoplexiā, epilepsiam. Neque multos tempore certo specialiter phreniticam incurrere passionem, ut autumno vel alio quolibet firmum esse credamus. Incertum est enim, siquidem non omnes phrenitici efficiantur, sed alij diuersis afficiantur passionibus. Neque etiam vigilare, ac iugiter cum dolore vrinam reddere paruum vel plurimum, atque grauedinem vel dolore capitis, vel occipitis, vel clunium affici, aut oculorum rubore. Hæc enim signa communia sunt passionum, quæ vexata membrana cerebri fiunt, atque male laborantiū ægrovrum non necessario omnium ac semper phreniticorum. Dehinc audacia sine ratione, vel econtrario securitas & hilaritas nō futuram, sed præsentem alienationem designant. Hæc expugnantes Asclepiadis sectatores contra primum respöderunt, quanquam inquiunt signis futuræ pas-

sionis ægri afficiantur, ratione tamen certa non in ipsam plerumque veniunt. Si quidem immimentem passionem cohibeat Medicinalis vera cū ratio, quod inquiunt debemus diffinitione explicatum accipere. Etenim furore febricitantium, non ex obstruzione membranarum quæ non sīnat initium sumere. Non igitur negant signa fuisse futuræ passionis. Dehinc signorum quædam inquiunt secundum Asclepiadē esse necessaria, ut cordis vulneratio mortis signum: quædam non necessaria, sed frequenter futura significantia, sicut membranæ capitis vulneratio mortitum vulneratum significat, frequenter enim hoc non iugiter, ac necessario contingit. & futura igitur phreniticæ passionis signa frequentia non necessitatē futurorum designantia. quas propter manet genus futuræ phreniticæ passionis insignis. Quanquam necessario in eam veniant ægrotantes. Contra secunda vero hæc probauerimus & de singulis scribentes docebimus. Dehinc potest etiam soli phreniticæ passioni hoc priuatum inueniri. Ut enim ab alijs passionibus differt, sic etiam cum nondum est, differre cæteris respondentes aiunt antecedentes causas quas procatasticas appellant, singulares quidem non esse futuræ passionis signa, neque rem sine tempore neque concurrentia ut forte oculorū sanguinolētia, vel capitis grauedo, sed in vñū coaceruata, atq; concurrentia. Audacia vero sinceratione atq; hilaritas certa significatiōe dictās signa futuræ phreniticæ passionis sicuti & in extensis, quanquā præsentia paruitate iam latētia pro futuris accipim⁹. Igitur Thessalus Primo li-

## CÆLII ACVT. M ØRB ORVM

bro diætetico præcepit phlebotomari in stricturā magnam venturos, atque hos ita designat iugiter febricitantes & usque ad dimissionis tempus submerso pulsu affectos, frequenter vel cum dolore vrinam reddentes, cum hæc præsentis iam sint vehementiæ signa, non futuræ. Ex ea enim significatione futuram dicūt intelligi phrenitum quæ non naturalis est, sed multorum placitis est firmata. Dehinc præsentis passionis signa necessaria esse confitentur. Aiunt enim quædam esse quæ futura denuntient, quædam quæ sæpe futura, quorum secunda futuræ phreniticæ passionis esse dicunt. Siquidem non necessario sequatur. Quid enim est repugnās? omne etenim signum ad eam rem quam significauerit intelligitur, est enim ex his quæ ad aliquid intelliguntur. Quomodo igitur signum vocari potest cuius non solum præsens non est quod ostēderit, verum etiam in quibusdam neque erit. Secundum nos itaque decliuitatis atq; pronæ ægritudinis in phrenitum recte nuncupatur, ut labiles in passionem ægros pronūtiemus, quos græci έυνόσους totius appellatione vocant. Ipsius enim verbi qualitas, siue veritas excussa designat, aliquid esse, quo res ferantur nec tamen necessario vēturæ. Signa igitur res ipsa semper præsens, quæ significatur, ostendit. Qua sæpe etiam futura noscuntur. Alia vero esse signa decliuitatis in phrenitum. Alia in lethargiam, atq; cæteras passiones, ex his redere cœperimus, cū sua suis manifestabimus.

Quæ sequuntur eos qui in phreniticā passionē  
pni intelligent, quos labiles diximus. Cap. II.

**N** phreniticam igitur passionē pro-  
nos vel declives sequitur febris acu-  
ta, atq; difficile ad superficiem cor-  
poris ascendēs, pulsus humilior, deri-  
fior, vultus subinflatus siue plenus,  
sanguinis p̄ nares destillatio, vigilię iuges, aut tur-  
batus somnus, & insania turbulenta, mentis soli-  
citudo, ac prauitas sine ratione, frequens tergorū  
est versio iacendi cum capitīs assidua commuta-  
tione. Aliquando etiam sine causa hilaritas, oculi  
lorum rubor cum leui lachrymatione, & circum-  
iectio manuum sine ullo capitīs dolore, articulo-  
rum frigus sine tremore, vrinę abundantia flauę,  
aquate, tenuis, & paulatim exclusę aliquibus eti-  
am sonitus capitīs atque aurium tinnitus: dolor  
quoq; capitīs repente non quiescit, nulla ex ma-  
nifesta ratione præcordiorum etiam tensio, visus  
attentus vel frequenter palpebrans. quidam me-  
dici ex quibus sunt Asclepiadis sectatores, etiam  
attendunt aëris qualitatem, quam græci cataste-  
ma vocāt, & tempus, & antecedentes causas, &  
naturam, & æstatem. Aëris inquiunt habitu ne-  
quis calefacit quòd eius causa plurimos afficiat vt  
sæpe oculorum lippitudines vel vlcera. Temp⁹  
autem, vt æstatis finem vel autumnum. In his  
enim aiunt hanc frequentare passionem. Antecē-  
dentes inquiunt causas, vt vinolentiā vel vigilias  
ac iuges adustiones, naturam inquit, ægrotantis,  
vt si fuerit mēte mobilis, atque iracundus, vel in  
disciplinis literarum exercitatus, aut capite debi-  
litato & facile inflationem sentienti, vel si quo-

b.j.

## CÆLII AC VT. MOR. B.

ties ægritudine afficitur facile alienatiōe vexetur,  
æstatem inquiunt si iuuensis. Omnia quidem sunt  
prouidenda, non enim ex uno vel duobus, sed ex  
multis concurrentibus, significatio firmatur. vnu  
etenim quiddam etiam ad aliud quiddam com-  
mune est. At vero in vnum conueniens multorū  
concurrus, discretionum facit intelligentiam pro-  
minere.

Quo modo intelligitur phrenitis.

### Caput III.

**I**n telligimus phrenitum ex toto sibi  
gnorum concursu. Vnum etenim  
singulare quicquam, vt est aliena-  
tio, vel frebricula nō designat phre-  
nitum, sed si multa concurrerint,  
quæ nihil aliud quam passionē de-  
signent, vt sit significatio quæ vt suprā diximus  
ex multis confecta, vnum faciat signum, & signi-  
ficans eius rei quam demonstrat. Quare vt dixi  
intelligimus phrenitum ex concurrenti febre acu-  
ta, & alienatione & pulsu paruo atque crebro at-  
testāte carphologia & crocidismo. Ex his enim  
intelligitur passionis genus: magnitudinis vero  
atque proprietatis differētiam, plurima atq; alia  
sunt quæ designant à græcis symptomata appel-  
lata, vt febris cōtinuę, vel hemitritęas esse, vel in-  
æquales, atque superficiem corporis difficile ascē-  
dentes, alienatio intra diatria, vel post diatria tē-  
pus, iugis aut intercapedinata, cum risu tacito,  
aut cum cachinno, & cātilena vel certe mœstitu-  
dine, silentio, vel murmure, aut vagitu, aut leui se-

cum sua ipse müssitatione, vel metis indignatio-  
ne, vt in furore exiliē difficile teneatur, atq; om-  
nibus iracundus sit, & exclamet, vel sese percuti-  
at, aut suam vestem atque propinquatum scin-  
dat, aut metu se abscondendum existimet, aut  
lachrymetur, atque secum loquentibus non re-  
spondeat, cum loquatur tanquam viis & non so-  
lum viis, sed etiam mortuis: & neque potum po-  
stulet neque cibum, aut acceptum vehementer  
inuadat, & immasticatum transuoret atque ma-  
sticet. Neque transuoret, sed in ore contineat, &  
post paululū pīciat, lucē quoq; aut tenebras fu-  
giat, adīnt etiā vigiliæ iuges, aut parvus & tur-  
bulentus somnus, oculi sanguinolenti, cum ten-  
sione venarum suarum & fixo yisu atque sine  
vlla palpebratione, aut multum mobili, & cum  
iugi palpebratione. Aliquando etiam manu-  
um ante oculos præmissione, quasi aliquid ap-  
prehendere, vel detrahere volentium, quod aut  
inhæsse oculis, aut ante volare ægrotanti vi-  
deatur. Vultus etiam quibusdam collectus at-  
que conductus, genarum rubor perseverans, aut  
per interualla in pallorem mutatus, capitis sic-  
citas quæ statim ebibat fomenti liquorem, den-  
tium stridor, guttæ sanguinis leuissimæ per na-  
res, capitis frequens alienatio, cum aurium in-  
tentione, vt aliquid audire videatur, indecens  
iacendi positio, pedum quoque iugis ex alto sub-  
missio, corporis vacua fortitudo, articulorum  
iugis torpor, raptus etiam, vel attractio coope-  
rimentorum à pedibus ad superiora, ventris flu-  
or, vrinæ aquatæ, vel felleæ cum nubeculis por-  
tētuosis, vltimo quibusdā etiā vultus mortuofus;

b.ij.

CÆLII ACV.M O R B.

alijs cum collo subinflatus, manuum tremor, pulsus creberrimus, atque submersus & tremulus, & imbecillus. Aliquando etiam deficiens & in similitudinem oleo defecti luminis marcescēs, præ cordiorum vehemens tensio, atque ad superiora adductio, singultus, lingue impedimentum atq; loquutionis inapprehēsibilis articulatio. Dehinc quibusdam diaphoresis, quibusdam spasm⁹, aut pressura quæ lethargicam passionem attestantibus cæteris denuntiet, hoc pulsus inducit celestes multos, aut paruos saltus. In magnitudinem erectio quæsita & ægrotanti incōgrua atq; subinanis. Relevatis autem atque ad sedem pergentibus omnia supradicta minuuntur. Grauius autem ac perniciose affici dicimus eos quos ut supradictos plurima atque varia fuerint secuta & iugi & sine vlla indulgia laxamenti. Peius autem laborare dicimus eos qui post primam diatriton fuerint hac affecti passione, quām qui ante ipsam etenim præsauciatis vitibus quicquid adhibetur graue atq; indignum adiutorium, vel phlebotomice quæ principaliter temporis causa adhiberi prohibetur. Exitialiter etiam affici dicimus eos qui asperimi atque audaces fuerint ægrotantes. Insontine etenim etiam sanis iracundi esse perspiciuntur. Nec non etiam qui subridere videntur, & stridore dentium, aut singulu affici. His etiam spasmus imminere significatur. Grauius etiam si mutabiles fuerint colore, & tremuli & stertentes, aut fastidiosi per omnia. Aliarum vero principes sectarum iuxta ætatis differentiam grauius affici dicunt, iuuenes à cæteris ætatis, iuxta sexum & naturam viros, ac

fœminas, quomodo etiam sapere plus est in iuueniis, atque majoribus. Maius enim sit malum, firmitate reliqua adiutū. Dehinc etiam illos qui natura fuerint tristes & in passione cum ridiculo delirauerint, aut rursum hilares natura atque casu chinnosi cū iracundia & mœstitudine ægrotates grauius affici dicunt. Siquidem nulla vestigia ex his quæ sanitati fuerint consueta, remansisse videantur. Nos vero dicimus communiter grauiter laborare quos passionis adficit magnitudo. Illud enim semper in ægritudine magis afficit, quod à natura plurimum recesserit.

Quæ sunt huic similes passiones, & quomodo discernuntur.

### Caput. IIII.



Imiles sunt atque vicinæ phreniticæ passioni ex ipsa alienatione, furor quam vulgo insaniam vocant, melancholia, pleuritis, atque peripneumonia: quæ sæpiissime accessionis tempore alienationem faciunt. Item mentis alienatio. In his qui mandragoram, aut altercum biberint. Internoscuntur autem furentes atque melancholici à phreniticis. Siquidem alienatio sine febricula, atque crocidismo, vel carphologia esse videatur. Dehinc tarde sæpiissime atque sine passione. Item melancholia fellis nigri vomitum faciat stomacho paciente, aut plus à cæteris corporis partibus ægrotante. Præstantius autem odiſſe homines facit, atque vultus colorum plumbeum. Item ut pleuritis & peripneumonia.

b.ij.

## CÆLII ACVT. M O R B.

monia & omnes passiones, quæ ex dolore accessionis tempore alienationem faciunt, internoscuntur hoc modo. Primo quod cum dolores asperantur, extenditur atque consurgit alienatio, & eorum indulgentia minuitur, quippe leuis atque solubilis deliratio. Nam phreniticorum si ex consensu fuerit, facta tamen, & non semper accessionibus aucta, aut demissionibus minuta, sed magis intardans atque perseverans perspicitur. si vero poto malo medicamine, vel alterco alienentur, discernuntur secundum interrogationem precedentes causæ. sed quia etiam de medicamine poto potest phrenitis euenire, (Non enim præordinatae atque fixæ sunt necessario eius antecedentes causæ) ad interrogationem præcedentium causarum æger credibilis esse non potest, item externi, hoc est, ab ægro alieni antecedentia nescire possunt, totius differentiam accipimus, vt si non febricitat hoc sit signum internoscendarum causarum, si autem febricitat crocidismus atq; carphologia & densitas pulsus absint. His enim qui mandragoram vel altercum biberint rarus est pulsus.

Quomodo discernimus à phreniticis eos qui furore febricitant.

### Caput. V.



Vomodo furentes siue insanos à phreniticis sola febribus sinceritate omnes sectarū principes decreuerunt, & saepè etiam febris ex alijs causis his passionib⁹ incidit. Oportebat hos etiam cum febribus furore delirantes à phreniticis discernere. Non quidem mutandæ curationis causa. Omnes etenim passiones celeres

supradictæ atq; tardæ, sed insuper positione con-  
stitutæ, quam græci epithesim vocant, laxatiua  
atque mitigatiua indigent curatione. Sed ad de-  
mōstrationem, quo probemus etiam specialium  
vti discretione, hęc posuimus. Est autē vtilissimū  
etiam localibus adiutorijs, vt patientibus locis,  
vel plus patientibus curationem adhibeamus.  
Nam phreniticis atque furiosis caput magis, me-  
lancholicis stomachus patitur. Igitur non febrici  
tare furiosos percunctatum non est siue vnuer-  
sale, quod græci catholicon vocant, sed est discre-  
patione partile. Siquidem, vt diximus, quidam fe-  
bribus afficiantur, sed phrenitici acutis, vel celeri-  
bus, furiosi vero tardis, quanquam sit etiam hoc  
insufficiens discretioni propter eos qui repenti-  
no furore agitati febricitant: remanet, vt ordine  
accidētium discretionē faciamus. Præcedit enim  
febrem in furiosis alienatio, in phreniticis vero  
febricula alienationem: sed quia aliquādo potest  
furenum alienatio concurrens febriculæ latere,  
aut ordinis, aut interrogationis, vt supra dixi-  
mus causa, si quidem ab ægro narrari non pos-  
sit, aduertamus in phreniticis paruum atque cre-  
brum esse pulsum necessario, in furiosis vero ma-  
iore. Sed quia initij, vel augmenti accessio-  
nis febrium par in his atque creber pulsus es-  
se potest, declinationis autem atque indigena-  
tię maior, illud aduertere debemus: quia in phre-  
niticis etiam tunc paruus atq; dēsus perseverat,  
vt discretionē magis ex pulsu faciamus, quanq;  
etia ipsa infirmetur s̄æpe febrium nequitia, quæ  
vt in alijs passionibus sic etiā in furiosis pulsum  
paruum atque densum seruat, ita discerni vel in-

b.iiij.

temosci potest cum neq; crocidismum in egrotā tibus viderim⁹, quod est ex experimentis fimbria rum veluti decerptio: neque carphologiam, quæ est festuearum leuium à parietibus veluti detrac̄cio, quam necesse est phreniticos facere. Quæ denique si furiosis aduenerint, in febribus consti tutis, in phreniticam passionem, ex insania venis se pronuntiamus, tanquam rursum & phrenitica passio recentibus proprijs signis, hoc est, supradictis in furorē transeant. Non aliter quām si etiam alijs id testantibus signis, in lethargiam veniant, vel certe releuati ex lethargia, in phreniticam redeant.

Quomodo discernimus dormientes phreniticos ab his qui in lethargicam deueniunt passionem.

Caput. VI.

 Vomodo phrenitici aliqui augmēto passionis in lethargiam, aliqui declinatione in somnos deuenerint, & cū aspectu cōmune quod vtrique non sentiunt atq; multos inexercitos medicos errore se fellerunt, vt dormientes tanq; depresso excitaret, aut opp̄ssos tanq; dormiētes sine adiutorio passioni traditos, reliquissent. Utile ducimus eorū discretionē facienda. discernūtur igitur colore, charactere, respira tione, pulsu, tactu, schemeate iacēdi, febriū magnitudine. Colore inq; dormiētiū enī mūdū corpus, atq; floscule viuidū & naturali habitudine plenū. Oppressorū vero in lethargia passione pallēs, vel plūbeū, vel quolibet alio colore affectū, iueniēt. Character aut̄ dormiētiū hilaris, lethargicorū tristis inueniēt. Itē spiratio dormiētiū ordiata, lethar

gicorū tarda esse probatur. Pulsu etiā discretio, nē facimus, & quanq̄ vtricq̄ subinflat? atq̄ mai-  
or, tamen cū inanitate in lethargis, cū plenitu-  
dine dormientibus inuenitur. Tactu autem le-  
thargis etiam præcordia distenduntur plurimū,  
& totum corpus durius fiet ob nimiam strictu-  
ram: dormientibus vero econtrario, quia strictu-  
ra minuitur. Etiam præcordia relaxantur, & to-  
tius corporis tactus mollior efficitur. Schemate  
iacendi discretio fiet. Siquidem lethargi à capite  
lecti ad pedum loca labantur, & incomposito,  
vel indisposito iaceat corpore. Dormientes vero  
congrua naturę positione cernantur. Magnitudi-  
ne inq̄ febrium, dormientium enim minor ac le-  
nior, lethargorum maior atq̄ aspera febricula in-  
uenitur. Quapropter obseruanda sunt etiā tem-  
pora. si enim in declinatione passionis, & in di-  
missione vel declinatione accessionis sensus ægro-  
tantium quieuerint, intelligimus somnum. Si ve-  
ro in augmento passionis vel accessionis & ma-  
gis in eius initio, vel augmento id acciderit, le-  
thargum prohunciamus.

**Quæ** sint differentiæ phreniticæ pa-  
ssionis.

Cap. VII.

**D**ifferētias phreniticæ passionis qui-  
dam ex accidentiū proprietate fa-  
ciendas existimant. Aiunt denique  
aliam esse alienationē cū risu atq̄  
puerili saltatiōe. Aliam cū mœrore  
atque exclamatiōe vel silentio aut timore. Nos  
vero aliam dicim⁹ esse ex strictura, aliam ex cō-  
plexione stricturæ atq̄ solutionis. Est enim verū  
ita discernere, ut non accidētium diuersitas pas-

## CÆLII ACVT. M O R B.

sionis differentias ostendat. Sed generalis quæd  
ac necessaria designatio, quæ fiet ut supra dixi-  
mus ex principalibus passionibus, vnde etiā cu-  
rationum ratio sumatur.

### Quis locus in phreniticis pati- tur. Cap.VIII.

**V**æsitum etiam quis locus in phre-  
niticis patitur & magis à principi-  
bus aliarum sectarum, vt secundum  
differentiam patientis loci curatio-  
nes adhiberet, & localia locis adiu-  
toria comparent. Nos autem siue locorum siue  
vicinitatis eorum causa generalem curationem  
non mutamus. Non est enim sub eodem genere  
iacens locorum necessaria differentia. aliqui igit  
tur cerebrum pati dixerunt, alij eius fundum, si-  
ue basin quam nos sessionem dicere poterimus:  
alij membranas: alij & cerebrum & eius mem-  
branas: alij cor: alij cordis summitatem: alij mē-  
branam, quæ cor circuntegit: alij arteriarum  
eam quam Græci ἀόρτημ appellant: alij venā  
craßam, quā ijdē φλέβα παχεῖα vocauerūt:  
alij diaphragma: & quid ultra tendimus quod  
facile explicare possumus, si id quod senserunt  
dixerimus? Nam singuli eum locum in phreni-  
ticis pati dixerunt, in quo animæ regimen esse  
suspiciati sunt. Denique singulorum iudicium  
atque assertionem pertractantes expugnabi-  
mus libris quos de passionum causis scribemus.  
Nos igitur communiter totum corpus pati ac-  
cipimus. etenim totum febre iactatur. Implet

denique phreniticorum significatione febrium signum, quapropter totum corpus curamus, sed plus pati dicimus caput. etenim antecedentia demonstrant signa ut eius grauedo, tensio, dolor, sonitus aurium, tinnitus, siccitas atque sensuum impedimentum, & cetera quæ iam passionis praesentis esse signa noscuntur, singuli sensus suo careant apprehensionis officio, palpebra dura, oculi sanguinolenti, ac prominentes, generum rubor, venarum extensio, vultus inflatio, ac plenitudo, linguae asperitas. Eos vero qui nos ex naturali tractatu, quam Græci physiologiam, patientem locum apprehendere dixerūt. (Siquidem prænoscētes animæ regalia in capite constituta, exinde mentis alienationem fieri accepterimus) ita expugnam⁹, ut primo regale locum maternum remanserit. Sed nos varietas atque multitudo accidentium in capite signorum, plus à cetero corpore docuit pati. Sed aut faciem magis plurimis signis affici, & propterea huic esse adhibenda adiutoria. Nunc vero curbitam occipitio apponitis. Si quidem per apertione, quam Græci anatomiam, didiceritis sensuales vias inde sumere exordium. Hic rursum similiter eos peccare perspicimus, etenim faciem curamus cataplasmate, atque vaporatione: atque occipitum tanquam dolens & extentum apposita cucurbita scarificamus, sicut etiam alias partes atque præcordia si in tumore fuerint constituta. Explicata variæ passionis apprehensione ad eius curationem transeamus.

## CÆLII AC VT. M O R B.

Quomodo curādi sunt phrenitici. Cap. IX.

**Q**uomodo curationib⁹ principio loc⁹  
cus aptād⁹ est: iacere oportet phre-  
niticos, in loco omni ex parte de-  
uio: ne aliqua transeuntium voce  
pulsentur: fenestris etiā altioribus  
luminato. Sæpe enim in passione constituti alie-  
natiōis causa sese p̄cipitātes latuerūt. Dehinc  
ob obscuratiōis proprietatē strīctura laborātes,  
in lucido atq; tepido & amplo mediocriter lo-  
camus. Etenim vltra modum feruēs naturaliter  
febricula caput incendit, & rursus frigidus cō-  
stringit atq; corporis auget densitatem. Item ni-  
mum lucidus membranā percutiet cerebri im-  
modici splendoris causa. paruus etiam si fuerit  
atq; humilis tecto, suffocabilis erit aeris pauper-  
tate. Sit etiam sine vlo picturæ figmento, ne vi-  
sa ægri ex picturis mēte accipientes, quę Græci  
phantasmata vocauerūt, plus asperentur, aut in  
risum soluātur. maxime cū ratione careat, mul-  
torum ingressum aut frequentiam prohibere, &  
pictura occasionem lacerandę mentis acquirere,  
cum iugū visu falsa coguntur pro veris accipe-  
re. Hinc etiam splendidi colores parietum siue  
straminum vel experimentorum prohibendi. Re-  
sultantes enim, vt ita dixerim, percutiēt visum.  
solutione autem optinenti laborantes econtra-  
rio iacere oportet loco medie obscuro, atq; re-  
frigeranti. necq; enim nimum frigidus, necq; ob-  
scurus passionis mitigare celeritatē potest. stra-  
menta etiā omnibus mollia atq; experimenta cō-  
ueniunt: sed tenuia solutione laborantibus, cor-  
pulenta vero atque calida strīctura affectis. Sic

etiam lectus omni ex parte firme locatus, ut cū fuerint impatienter iactati vel necessitate cogēte deuicti, immobilis perseveret. forib⁹ etiā atq; fenestra auersi, ne ingressu hominum asperētur. At si etiam alienatio fuerit principali passioni contraria, vt strictura laborantes lucem odiſſe faciat, solutione laborantes tenebras, oportet alijs oculos contegi, alijs tenuē atq; blandum lumen immittere, lucernæ aut lucis etheriæ, sed arguto vſu machinatū, quo velim per quandam cauernam, ægrotantis vultum perfundat, & nullas tangat alias corporis partes. Sic etiam mitigatione alienationis augmentum & adiutorium passioni aptum congrue seruabit qualitatis effectum. Laxat enim, vt supra diximus, lux colore quo videtur, sed consequēter necessario suæ tenuitatis causa manet cætero circunfusa corpori tametsi non uideatur. Similiter etiam obscuritas vel tenebrae si fuerint ægrotantib⁹ odiosa & curationi necessaria, erūt artis astutia cōponenda. Sed si ita fuerint alienatione commotī qua obscurari totum vel luminari velint, erit conijcēdum vt quibus obscurum aerem fecerimus calidum tamen faciamus, quibus autem lucidū ecōtrario vero frigidum faciamus, vt & congruam passioni seruemus qualitatem, & eorum furorē mitigando nō asperemus. Si vero nihil ægrotantes praua cupiditate turbauerit, seruabit lucem strictura, obscuritas solutione laboratibus adhibenda. Vel quomodo turbatio atq; motus & iactatio corporis celeritatē asperat passionis, erit aliquando mitigandi furoris causa ægitorum voluntati seruiendum. Stringitur enim magis solu-

## CÆLI ACVT.MOR.B.

tio, vel strictura laxatur, si grauiorib<sup>9</sup> auersis patua contrarietate vexentur. strictura laborantib<sup>9</sup> obscurum, siue solutione laborantibus lucidum adhibendum iudicamus locum. Dehinc si striatura obtainuerit, conuenit ægrum vsque ad accessionis declinationem vigilare, tunc somno dimitti. At si longa fuerit accessio, etiam ante dismissionem somnus poterit adhiberi. Maior enim ab imtemporali somno vigiliarum est vexatio. Siquidem etiam vires ægrotantes insinuat. Dehinc iudicio nostro abstineri vel tolli non potest, somni autem intemporalitas si fuerit interrumpta, excitare dormientem poterimus atque soporis oppressionē prohibere. Delirations vero ægrotantium vsu dextero atq; artificio seruentes accipere & tolerare debebunt, vt alijs absentiant, alias uero consentientes redarguant, ne frequenti correctione asperos faciant ægrotantes. Denique si quos sanitatis tempore inuisos habuerūt, intrare prohibemus, ne his visis asperrentur. Eos vero quos metu aut verecundia coluerunt, per interualla intrare permittimus: parit enim frequentia contemptum. At si exilire de lecto viderimus nimietate furoris, melius erit plurimis vti ad remedium ministris, sed qui possint lenitate retinere, vt etiam laxamētum stricturę præbeamus. Vel si fuerint qui vt supra diximus teneant, aut ipsorum visu commoti fuerint ægrotantes, ligationibus utimur, sed præteritis lana aut ueste locis, quos vinculis necim⁹, ne maior vtilitate quiescendi imprimitur vexatio. Ligationibus etenim immodice constricta,

necessario tumescūt, propterea omnis in peius extenditur passio. si linguae atque totius oris sic-  
citas fuerit, oportet spongia tenera, aqua calida  
infusa, atque mediocriter expressa, sensim uni-  
uersa quæ siccauerunt, humectare, non sine cau-  
tione. adiunctos enim s̄epe digitos spongia, alie-  
natione coacti ægri momorderunt. Quapro-  
pter, si fieri poterit, cogendi sunt, ut exerāt lins-  
guam, atque ita supradicta faciamus. declinan-  
te accessione, hoc eit, cum ē uisceribus reclusus  
feruor ad superficiem corporis atque articulos  
venerit ægrotantis, pulsus quoque densitas, &  
humilitas in amplitudinem atque raritatem ve-  
nerit, oportet pubetenus, hoc est, inter vmbili-  
cum & pectinem, quod Græci ἡπορη appellant  
lanas oleo calido expressas apponere, quæ om-  
nia etiam vicina contegant, ut inguina, atque  
vesicæ partes, vel si qua ventrem contegant: fo-  
uendum caput oleo dulci atque calido. Dehinc  
alienatione perseuerante etiam calida cum oleo  
mixta, quod Græci vocant hydræleon. Paulo  
etenim vehementius hoc genus fomenti opera-  
tur, si vt supra diximus oleo aqua calida miscea-  
tur, vel foenugræci, aut lini seminis succus. Sed  
hæc singula sine vlo esse odore debent, atque  
nullo fumi afflatu vexata, ne caput impleat, &  
alienationem exasperent. At si adiuncta fue-  
rit stricturæ solutio, ut aut venter fluens, aut su-  
dores esse videantur, caput supradicto modo,  
atque fomentis supradictis curabimus. etenim  
alienatio, tumore membranarum cerebri fiet.  
Medias uero partes frigido ac viridi curabimus

CÆLII ACVT. MORB.

oleo. Si autem plurima atq; superans fuerit & occulte in diaphoresim venire posse ægrotantes viderimus, tunc etiam caput dulci quidem, sed frigido oleo fomentamus. etenim frigus diaphoresim, dulcedo stricturam temperat. detergedus etiam erit sæpiissime sudor, qui per vultum atq; thoracem emicuerit, spoggia molli. At si pl<sup>9</sup> fuerit extensus, vt integros solui videamus, etiā flabris utimur, non quidem sine respectu alienatio- nis. etenim si constricturam ea curatione miti gari videamus, audacius id facere perseuerabi mus. Si autem asperari senserimus, erunt minu enda quæ gerimus, conijcientes, non tantū solu tionem constringi adiutorijs, quantum alienatio ne augetur. Nanque necessario requies congrua solutioni atq; xnoius motus accipitur. declinā te accessione os colluere iubem⁹ ægrotantē ex aqua calida, vel si impatienter siti iactatur, dabi mus ei potum, sed strictura sola laboranti, plu rimum: ut densitas irrigetur. solutione laborati, paruū: vel si plurima cogit solutio, etiā frigidū.

De phlebotomia. Cap.X.



T si sola atq; vehemens strictura egros in phreniticā extemplo pa sionem perduxerit, designat adhi bēdam esse phlebotomiā, permit tentibus viribus: atq; si passio co git, intra diatriton: si minus, in ipsa prima dia trito: ultra nūq. vexātur enim in eiusmodi ægri tudinibus corporis vires. phlebotomandi autem disciplinam, vel magnitudini passionis modera tionē faciendi eōgruam, libris quos de speciali bus adiutorijs scripturi sumus, docebimus: prin-

cipaliter monētes ne vscq; ad animi defectū, quē Græci lipothymiā vocant, adiutoriū tendere nī tamur. Timendum enim hoc s̄epe est accidens, quod Græci symptoma vocant: quanq; in omnibus passionib<sup>9</sup> siquidem sit mortuosum, plus tam en in phreniticis afficitur male præacta nervositas. Dehinc post phlebotomiam caput similiter fouemus, atque oecipitio lanas oleo calido ac dulci madidas apponimus. Similiter etiā vertebbris, quas Græci ἰσχία vocant, præcordijs etiam atque pectini. Hæc enim necessario in phreniticis passioni consentiunt. At si intra diatriitū, vt suprà diximus, phlebotomia fuerit adhibita, post paululum os colluere aqua calida ægrotantes facimus: potum quoq; dabimus: dehinc dormire permittim<sup>9</sup>. Sin verò in ipsa diatrito phlebotomia adhibita cum adiutorio motus quieuerit, oleo ægrotantium corpus perungendū erit, atq; à ministris facies lauanda, vt alienatio nullo nouorum vultuasperetur. Noti enim vñi prudentes delirationes faciunt, non resistendo. Præsentibus etiā his quib<sup>9</sup> vt supra docuimus ægrotantes verecundiā debent. Cibum dabimus simplicem, digestibilem, paruum, laxatiuum, vt est alica, calida aqua, aut mulsa decocta, vel panis ex aqua calida, aut alica supra dicta sorbilis facta, vel ex melle atq; oleo & anetho, & sale paucissimo præcocta. Solutione autē laboratibus pultē dabim<sup>9</sup>, atq; panē & oua ἀπαλὰ. Dehinc ones somno dimittim<sup>9</sup>, vel si minime dormire potuerint, quiescere tamē iubemus. Nō enī min<sup>9</sup> somnus cibo reficit opportun<sup>9</sup>. Dehinc alia die à cibo abstinemus, someto atq; potu vtētes. Secūda

c.j.

## CÆLII ACVT. MORB.

vero diatrito si vēter suū non agnouerit officiū, clysterem adhibebimus ex aqua & oleo calido, vel decoctione fœnugræci aut lini seminis, cum oleo, etenī intestinorū siccitas rigatur, & aliena quæ retinebātur excludentur, & acrimonia quæ ex ipsis nascens ex alienatione quadā capitis tumentia aspernabat, detrahetur, atq; ipsum caput localibus adiutorijs melius præparatur. Tū post intellectionē medias partes cataplasmate curamus ex fœnugræci & lini seminibus admixto polline, quod Græci macton vocant, & est omnibus v̄sitatū. Dehinc simili supra dicto cibo ytemur. Alia vero diatrito caput detondemus, etenī detractis capillis partes reflantur plurima grauatione liberatæ. Tunc post tonsuram lanis oleo calido expressis caput tegemus.

De cucurbita.

Cap. XI.



Lia dehinc diatrito rasis partib⁹ curbitam apponimus occipitio mitigāter atq; sub ipsa fronte sanguisugas facim⁹ inhærere quatuor vel quinq; vt non ex vna parte detrac̄to fieri sanguinis videatur, sed veluti circulatis totum spiret atq; reueletur caput. At si plurimū laxamentū facere voluerimus, totū caput radeamus & per circulū plurimas cucurbitas affigim⁹ alterā occipitio, alterā medio capitio, quod Græci bregma vocāt, alias duas superius à téporib⁹, sed neq; cū multa flāma, neq; multo tempore immorari. Arentes enim atq; siccatae facile comouēt caput, implēt, ac mētis faciūt alienationem augeri. Ita detractis cucurbitis si partes erubuisse viderimus, leniter scarificamus, si minus

mitigamus vaporates spogijs, sine nimis calidis relaxamus: vapore etenim nimio tanq; frixantes densamus. Quapropter ut supra diximus post iugem atq; temperata vaporatione ubi partes rubuisse viderimus scarificamus. Post namq; etiā vaporatio ante cucurbitae appositionē adhiberi debet, ne plurimū infixā immoretur, & inde partes radi videantur. suppositis ergo cucurbitis cū sufficientem locorum verticē factū viderimus, scarificamus. Si enim nō solū cucurbitae quassatio mitigatur, sed etiā fluoris sanguinis facilitas fiet, explicita scarificatione rursum cucurbitas imponimus, vt sanguinis detractio fiat. Sed eo tempore capiti atq; collo & vicinis partibus leues erūt cucurbitae apponendae, quo in laxamentum cōsentiat. At si in præcordijs tumor fuerit, erunt ipsa prius scarificanda, sic etiam & vesicæ partes vel vicinę ei⁹. Tūc in alia diatribo caput, dehinc clunes etiā simul scarificare noxiū atq; vexabile est. Erit enī eiusdē tēporis multas per partes effecta sanguinis detractio phlebotomiae quæ necessario vires absumat. Quapropter partiatim erit adhibēda cucurbita, ut exēpli causa, nūc præcordijs atq; pubeten⁹ prærasa capillatura, nūc capiti, nūc clunib⁹, ac vertebroten⁹ quod Græci ἰοχιορ vocāt. Ceteris quoq; partib⁹ fome to curatis ac decoctiōib⁹ supradictis & cataplasmatib⁹ relaxatis, atq; ita lenib⁹ cucurbitarū raptib⁹ vtemur, quos græci abusue cufar vocant. præfricatis partib⁹ ad tractationē manūt. At si vires illeſe aut min⁹ leſe fuerit, post detractionē sanguinis factā spōgias expressas ex aqua calida partib⁹ applicamus, vel oleo calido mediocriter

c.i.j.

## CÆLII A C V. M O R B.

fouemus. Tunc totū corpus per vunctionē curamus,his operātib⁹ magis qui ēgro seruiēdo iam noti sunt,ne métis alienatio asperetur. Etenī eo- rum facile accipiūt atq; redarguūt delirationem præsentib⁹,vt s̄æpe dixim⁹,his quib⁹ verecūdiā ægrotantes debēt. Post perunctionē factā vt su- pra diximus cibū dabimus . At si accipere con- grua noluerit, vel cōtraria voluerint,erūt fallen, di. facile enim id fieri potest. Si quidē etiam men- tis ægritudine afficiātur. Dabimus ergo cōgrua, fingētes ea quę ipsi petebāt. At si minime cōsen- ferint, erit cōfectionis argumētatio adhibenda. Ut si exempli causa vinū accipere cupiūt, mul- sum demus:vel si ptisanæ succū petierint , alicā demus vel ex milio in similitudinē ptisanę cōfe- ctū cū possint,si ex aliqua parte sapuerint,horta- tionibus,aut metu compesci. Si neque hoc fieri potuerit , dabimus ea quę non satis aliena sint ab his quę rationi cōueniunt,vt olus, aut ptisa- na.dabit enim quiddam laxamenti atq; indul- gentiæ asperitatibus animorum, cōcupita obla- tio,& non omnino sine cibo atque nutrimento perseuerabunt. Vinum vero omnino negamus, tanq; repugnās & nihil à veneno differens. etenī datum statim furorem exasperat, atq; in nimia magnitudinē tollit. Post refectionem itaq; erūt somno dimittendi,vel quod est vicinum,somno requies adhibenda, atq; vsc⁹ ad totius passionis statum alterna, vel per interualla, cibi refectio , hoc est interposita diei vnius ieunitate, permit- tentibus quidem virib⁹:sed ea die qua cibum nō dederimus,erit cataplasmatib⁹ vtendū cōgruis, atq; iugibus,vsc⁹ ad mediū tempus dimissionis,

At si porrecta i dies numerosior erit egritudo, & statū infirmitas acceperit, cōuenit vt declinatio ne, augmēto, vel impetu passionis trāfacto motū gestationis adhibeamus, si vires patiuntur, in domo suspenso lecto, si aer loci bonus atq; mūdus fuerit. Etenim si motus vel gestatio somnū ruperit, rursum addormiūt, atq; difficile expurgiscuntur, perseverante iugi motu. At si hoc fieri non potuerit, in vicina porticu gestatio adhibēda, ita ut sella baiulatoria vel quolibet sessorio leniter atq; mediocriter moueantur. Similiter enim etiā si fuerint experrecti non statim erit gestatio incidenda, nam repētina statio atq; interrupti motus in præteritas vigilias reuocant ægrotantes. Non enim dimissio accessiōis, sed totius passiōis declinatio, nūc curationem poscit. Quapropter oportet ægros perseveranter mouere, sed leniter atq; sensim & sine vlla nimietate. At si solutio magis inerat passioni, non erit gestatio adhibenda. Tenuat enim atq; dirarat motus, dehinc cū solutio prouocatur, etiā vigilie necessario augētur. In dimissiōe vero accessiōis, quā Græci anēsin vocant, perseverandū est localibus adiutorijs cucurbitæ appositione, sed non adhuc adiungēda scarificatio. Bonum est enim corporibus sua seruare, ne latenter effusione frequenter ægrotantes in diaphoresin veniant. At si aliquo in loco vehemēs dolor emerserit, sola erit scarificatione curandus. Tunc cōsequentibus atq; cōgruis vaporationibus & fomentis & cataplasmatib<sup>9</sup> & punctione vtendum, & cibo cū tēporis opportunitatem viderimus, quæ probatur signis quæ de febrib<sup>9</sup> scribētes docebim<sup>9</sup>. Generaliter autē

c.iiij.

## CÆLII ACVT. M O R B.

omniū passionū strictura laborātes min⁹ ciba⁹  
mus:cōuenit enī cibi paruitas dēsītati.Si quidē  
corpora min⁹ exhalēt,vtq; ecōtrario solutiōi plu-  
rim⁹ cōuenit cib⁹.Si quidē celeri⁹ insuma⁹,plu-  
rimæ exalatiōis causa.At si vires ægrotātis fue-  
rint dissolutæ & febres nō ita acres,sed tūc spem  
veluti declinationes ostentent,aspiciēda erit im-  
becillitas viriū,dādus cib⁹,& si necessitas cæpe-  
rit,etīā vinū,sed omnino paruū ad releuādas cor-  
poris vires.In his enī sane magis erit cōsiderāda  
līquidarū emissio materiarū,atq; corporis deslu-  
xio,& cutis veluti ruginosa,vel sulcata pānosī-  
tas,quā grēci rhacosinvocāt.Etenī humilitas atq;  
densitas pulsus plurimos facit errare,vt putarēt  
viriū solutionē,atq; ita importune vinū dantes,  
insuperabiles mētis alienatiōes fecerūt excitari.  
Quapropter oportet etīā cū alijs, pulsū cōsиде-  
rare,nō solū si densus atq; humiliis est. Hoc enī  
etīā nō solutis virib⁹ sāpe occurrit,sed si etīā im-  
becillis,& in cōparatione multarū effusioē semp  
ac magis densatur,atq; humiliis & tremul⁹ effi-  
citur.Cordis etīā mot⁹ tarditate quadā defecti  
spiritu,motu torpescit , vt post factū saltum ad  
semet ex residuo corpore prærogatū spiritū tra-  
hat,difficulter alīū faciat saltū,si quidē nō possit  
spirit⁹ vsc⁹ ad articulorū finē,vel omniū mēbro-  
rum peruenire summitatē . His deniq; accedit  
tremor,sed nō à tēpore,quo corpora requiescūt,  
sed cū aliquis sua mēbra attractare tentauerit.  
Etenī cessante officio atq; visu ægrotātis tremor  
si fuerit solutus,atq; è natura,vel sanitas tempo-  
re intelligitur iam fuisse.Prouidēdū itaq;,quia in  
ista ægritudinis qualitate incauta vini dandi cō-

fuetudo ppter vitas, vt supra memorauim<sup>9</sup>, accusabilis apud inertes, quos idiotas appellat, inuenitur: q̄q̄ passionis causa ægrotantes interficti videatur. Quapropter erit primo periculū prædicendū, ac deinde vinū dandū. At si viriū solutio nō fuerit, sed ex spōte pfecit<sup>9</sup>, in meliore partē passiōis fuerit demōstrat<sup>9</sup>, nō illico præcipue festinandū circa mutandū curatiōis cursum, nisi triduo fuerit cōfirmata passiōis declinatio. Etenī facilis in recursum peiorē atq̄ in augmētū hoc passiōis est gen<sup>9</sup>, etiāsi parua occasio impulerit cause. Quapropter etiā tūc propter difficultatē passiōis cauti<sup>9</sup> erūt omnia agēda, atq̄ primū capiti, vel magis patiētib<sup>9</sup> locis cerotū apponēdū ex oleo dulci confectū. At si reliquiæ fuerint in tumorib<sup>9</sup> viscerū, cataplasmatib<sup>9</sup> erūt pseuerāti<sup>9</sup> relaxandæ, vel pinguibus palmulis. Si quidē nō præsentis téporis, sed etiā sequentis habeat relaxandi virtutē. Tunc etiā cōuenit caput fomētis curare frequētius, sed cauta diligentia, ne qua pars frigore tāgatur. Nam lata spongia erit supponēda gutturi, atq̄ mento. Dehinc paulo prominētus à lecto producēdus æger, atq̄ paullū inclinādus. Tūc supponēnda scaphula alta aqua calida plena, deinde duo adhibendi, qui foveant alterno officio, ne vlo tempore fomentū frigescere faciat caput. Per interualla denique erit etiam oleo perfundendum, & manibus leniter defricandum, sed non impressis. Tunc expressa spongia detergēdum, & vltra quę humectata sunt forte pannis calidis detergenda atque lana calida est tergenda. Tunc residuum corpus oleo perungendum molli quidem tactu

c. iiiij.

## CÆLII ACVT. MORB.

manū. Procedēte declinatione, solitū nobis est  
vti etiā somēto à genib⁹ ad inferiora. Tūc cōpa-  
ratiōe profect⁹, cibi augēda humanitas. Primo  
enī oportet ac sufficit varietatē de simplicib⁹ fa-  
cere, dādo pultē, aut sorbilē cibū, oua atq; panē,  
vel elutā alicā, & nō alternis sed quotidianis die-  
bus, & plurimū, cōparatione præteriti tēporis  
illorū dierū, quib⁹ paruū dare solebam⁹. Simpli-  
ciorē vero & tenuē atq; paruū illis dieb⁹ quib⁹  
nihil dare solebam⁹. Cōfirmata atq; plurimū p-  
ficiente declinatione, erūt addēdæ etiam medię  
materiæ pulmēta, quod Græci μέσην υλην ap-  
pellāt, vt pisces saxatiles, cerebrū, olera, sed non  
acria, vt betā, maluā. Tūc etiam ex deposito, vt  
salsum, oliuas. Hæc enī quæ de cellario pferun-  
tur, Græci apothecion vacauerūt. Oportet etiam  
aduertere vt quādo dam⁹ multū, minoris sit nu-  
trimēti, aut quādo paruū, maioris sit nutrimēti.  
Sicut respōsionū libris resūptiuū quid tūc scri-  
bentes docuim⁹. semp autē vtantur. dandus est  
cib⁹ vt intra dīmissionis medietatē digeratur, &  
nihil superfluū sequens inueniat accessio. Augē-  
di sunt igitur cibi pro viriū q̄titate. Deniq; si se  
corporis fortitudo attollere coeperit, dabim⁹ etiā  
volantū carnes, ut turdos, vel pullos gallinarū, &  
colubinorū. Tūc etiā porcinā carnem, atq; crura  
porcina, quę Græci acrocolia vocauerūt, vel quę  
motu frequēte exercētur in ijsdē animalib⁹. da-  
bim⁹ etiā hoedinā carnē resūptis virib⁹, vt om-  
nes supradictos cibos facile accipere ac digerere  
possit ægrotas. Ordinē cibi cōponim⁹, vt primo  
dem⁹ ea quę sūt medię materię, quā græci mesen-  
hylen vocāt, vt pultes, pisces, cerebrum, alica, sed

quæ nō percutiāt, vt fucus vel ex melle, aut mulsum coctū, malū, vel celsa. Tūc deinde volantia, sed nō pīguia, neq; cibis nutribilib<sup>9</sup> adescata ob acquirendam pinguedinē, sed mediocriter caro fa, vltimo porcinā atq; hōedinā. Proficiente curatione addenda erit gestatio, quæ in domo vel in porticibus fiat, sed hæc quoque erit sensim augenda. similiter etiam & corporis vnc̄tio, atq; defricatio, cibus supradictus, nunc quantitate, nunc qualitate, erit augendus. Tunc lauacrum adhibendum, & in abstinentia vini permanendū. Cum autem sine vlla īquietudine corpus habere senserimus, dabimus vnum splendens leue atq; mediè acre, non nimij odoris, temporis medocris, vt necq; vetustum, neq; satis nouum sit. Erit præterea aquatum dandum: metuenda est enim in ista passione vni datio. Siquidem eius in tumore fuisse substantia videatur. Tempore igitur quo vnum dam<sup>9</sup>, erit primo æger perungēdus, tunc idem modus cibi dandus. Cum omnis deinde solicitude recesserit, atq; omnia suspecta circumscripta viderimus, & alienatio mentis omni ex parte recesserit, febrib<sup>9</sup> desertis atq; virib<sup>9</sup> resumptis impauide omnibus supradictis vtēdū erit coniunctis, vt gestatione, vnc̄tione, lauacro, & vario cibo atq; vino. Omni autem tempore resumptionis erit curādum, vt ab alienatione mentis reducti sapere cogantur. Pleriq; enim vsc̄ ad sanitatis tempus, mœstitudinem, vel iracūdiam, aut alienationē mentis seruauerint. Quare oportet eos qui hilaritate afficiebantur, seuera verborum atq; tristī oratione corrigere. Sic enim mentis laxata habitudo atq; pueris effrenata baccha-

tio coeretur. Eos vero qui mœstitudine atq; ira affieebantur, leui consolatione atq; nūc dictis hī larioribus & iucunditate releuare. Etenim tēdiū, vel mœstitudo non solum in his, sed etiā in alijs passionibus valuit s̄æpe passionem refricare. Nā si sani homines pleriq; anxietate in passiōes corporis deuenerunt, nimirum etiam qui nondum sunt passione purgati, in eadem redeant cum animæ qualitas, sua, vt ita dixerim, cubilia quadam vulneratione affecerit. hæc est secundum Methodon curatio phreniticę passionis. Dehinc aliarum sectarum principes, quid ordinauerint prosequamur.

Ad Dioclem.

Caput. X II.

**H**ippocrates igitur solum nomen videtur tetigisse passionis libro quem de ptisana scripsit. Item libro prædictiuo quē prorheticum appellavit, nam curationem nullam tradidit. Sed neq; Praxagoras, neq; Herophilus. Diocles vero libro quem de febribus scripsit, ait opertere phreniticos fortis, atq; audaces lauacro curari. Simili etiam phlebotomare iuuenes fortis atq; plurimum sanguinis abundantes, vel cōsuetudine vinolentos, quosdam intra sextum diem, Aliquos vero etiam post septimum, & octauum. Item libro quem de passionibus & earum causis, & curationibus scripsit, non solū, inquit, ex brachio sanguis est phreniticis detrahendus, sed etiā de venis quæ sub lingua sunt. Quantum ad hæc miseris erat melius debilitate potius q̄ vana corporis fortitudine laborare, ne tantis cladibus errantis medici vexarētur. Etenim audacia & irra-

tionabilis fortitudo peioratis est passionis, & magis in augmento. Perniciosius autem cum passio vehementescit, vexato tatis turbationibus ægro, lauacrum adhibere. Quod est econtrarium utilissimum in declinatione, etiam nō audacibus, neq; fortibus phreniticis, dehinc noxius est etiam clyster acrior quem sepissime probant, atq; nihil ab officio differens. Phlebotomia quoq; iugulatione non differt, cū vexatis viribus adhibetur, vt aiūt post septimū vel octauū diem, atq; ita etiam ex violentia in phreniticam passionem venientes conuenit plerunq; non phlebotomari, cum forte etiam solutio adfuerit. Alios etiā hoc est ex alijs causis phreniticos effectos, vt est adustio, sæpe phlebotomari oportet, Sed neq; parum sanguinis habentes, quos græci δλιγαιμος appellant, ita curandi erunt, vt phlebotomi beneficio priuētur. Et quid vitra? cū enim nō ètates, neq; cetera, quæ superfluo posuerunt, prouidenda probem⁹, sed passionē magis atq; eius comitātia cōsidemus, falsa deniq; ac superstitionis est etiam ex venis sub lingua cōstitutis sanguinis detractio, et enim caput implet, & eius fluor abstineri difficile potest. Ad Erasistratum. Cap. XIII.

Rasistratus tertio libro de febribus scribēs, hoc solū dixit, quomodo in febriū alienatiōe vinū cōuenit cum melle dari. Nō ad examē dādi tépora sumpsit. Dicit deniq; multis profuisse, & miratur quomodo nescius téporū convenisse fortunā dehinc multā inflationem facere nemo dubitat, atq; plenissimā vētris cōmotionē, quippe cū neq; dandi quātitatem adiecerit, neq; alias adiutorij partes manifestandas aduerterit.

Ad Asclepiadem. Cap. XIII.

**A**Sclepiadi responsuri eius primum dogma proponamus, qua voluti apprehensionis falsitate, peccatis etiā inuoluuntur curationum: Prīmō dia nāq̄ corporis primo constituerat atomos, Secūda corpuscula intellectu sensa, sine vlla qualitate solita, atq̄ ex initio comitata, æternum mouentia, quæ suo incursu offensa, mutuis iētibus in infinita partium fragmenta soluantur, magnitudine atq̄ schemate differentia. Quæ rursum eundo sibi adiecta, vel coniuncta omnia faciant sensibilia, vim in semet mutationis habētia, aut per magnitudinem sui, aut per multitudinem, aut per schema, aut per ordinem. Nec, inquit, ratione carere videatur, quod nullius faciant qualitatis corpora. Aliud enim partes, aliud universitatem sequetur, argenteum deniq̄ album est, sed eius affricatio nigra: caprinum cornu nigrū, sed eius alba ferrago. fieri etiam vias ex complexione corpusculorum intellectu sensas magnitudine, atq̄ schemate differentes, per quas succorū ductus solito meatu percurrens, si nullo fuerit impedimento retentus, sanitas maneat, impeditus vero statione corpusculorum morbos efficiat. Fit autem eorum statio, aut magnitudinis, aut schematis, aut multitudinis, aut celerrimi motus causa, aut viarum flexu, conclusione atq̄ squamula, rū \* exputo. Varias inquit fieri passiones, locorū, aut viarum differentia, & nō omnes statione corporis, sed certas, hoc est phrenitum, lethargiā, pleuritum & febres vehementes: solubiles vero liquidorum atq̄ spiritus turbatione, Item buli-

mum magnitudine viarum stomachi atq; ven-  
tris fieri sensit. Defectionem vero atq; corporis  
fluxam & irregibilem laxitatem, viarum inquit  
raritate fieri, Item hydropisum perforatione  
carnis in paruam formulam viarum quæ possit  
solita corporis nutrimenta inaquare, Item typum  
quotidianum maiorum corpusculorum statione  
fieri asseuerant. Cito etenim inquit ea exantlari  
atq; impleri. Tertianum vero minorum statione  
corpusculorum. Item quartanum minutissimo-  
rum. Difficile enim impleri atq; exantlari pos-  
sunt, febrium ponū signum fetuorem plurimū,  
atq; immutationem pulsus, in vehementia, nisi ex  
aliqua hæc manifesta fuerint causa. Et neq; in-  
quit esse in passionibus statos dies, quos crīsimos  
appellant. Etenim non certo, aut legitimo tem-  
pore ægritudines soluuntur. Vinum iubet febrici  
tantibus dari, sed adjecta discretione, Impari de-  
niq; adhibendum probauit, primo clysterem &  
iugiter adhibendum. Non etiam sitim vehemen-  
tem donec pulsus concidat, probat: etenim opor-  
tunitatem temporis fieri magis ab artifice posse  
q; sua sponte, aut deorum nutu venire. Appella-  
uit deniq; illam magnificam. Item in Samothra-  
cia clysterem, atq; vomitum probat, circa vespe-  
ram pridie. Sed in his qui periodicis typis affici-  
untur, vomitum preponit clysteri. Itē lue ægro-  
tantibus vomitum & lauacrum probat. Typicis  
vero, clysterem & vomitū, & vinum samothra-  
cium, atq; salsum bibendum inquit, primo usque  
ad tres quartas sextarij, & superbibendam partē  
sextarij. Itē tēpus dandi cibi nō dimissione perfe-  
cta, sed accessionis declinatione dicit. Et quosdā

## CÆLII ACV T.MOR.B.

prima die, quosdā secūda, quosdā tertia, quosdam  
quarta, vel quinta, aut septima cibari iubet. phle-  
botomat eos qui cum dolore fuerint ægrotan-  
tes, alios omnes prohibet phlebotomari, & ma-  
gis specialiter phreniticos, adiiciens etiā non es-  
se tondendos: loci quoq; obscuritatem recusans.  
Item cardiacos vehementioribus clysteribus cu-  
rat, & cum leui fuerint indulgentia releuati, refi-  
cit vino, & cibo. in synanchicis vero, ut supradic-  
tis etiam vtitur, pharingotomia, hoc est cannæ  
sive gutturis ob respirationem diuisura, item hy-  
dropibus paracētesin probat, qua inquit, si forte  
plus modo fuerit facta humoris detractio, erunt  
ægri aqua calida replēdi tantū, q̄tum plus vide-  
bamur abstulisse. Huic sane adiutorio detractio-  
nem sanguinis ex talo factam, hoc est ex eius ve-  
na interiore similiter mederi dicit, & non esse a-  
etiwas atque operantes causas ægritudinum in li-  
quidis constitutas, quas synectitas vocant, sed es-  
se antecedētes, quas græci procatarcticas appell-  
ant, item plenitudinem plerasq; passiones adiu-  
uare dicit. Laudat etiam in salutaribus præceptis  
vitæ varietatē, atq; vehementer vtile dicit aquā  
bibere, & frigida lauari quam psychrolusiam  
appellant, & frigidam bibere. Item habitudinem  
athleticam negat esse tutam, & neq; villam dige-  
stionem in nobis esse, sed solutionem ciborum in  
ventre fieri crudā, & per singulas particulas cor-  
poris ire, vt per omnes tenuis visa penetrare vi-  
deatur, quod appellavit Leptomes, sed nos in-  
telligimus spiritum. Et neq; inquit feruētis qua-  
litatis neq; frigidę esse nimirū suę tenuitatis cau-  
sa, neq; aliū quemlibet sensum tactus habere, sed

per vias receptaculorū nutrimenti. Nunc arteriā, nunc neruum, vel venam, vel carnem fieri. Item transuorationis primam partem dicit extētione fieri faucium, secundā viarum tenuitate, quæ ad ventrem ducunt. Item orexim quam nos appetentiā dicere poterimus: eam quæ cibū appetit, viarū maiore perfectione fieri dicit in stomacho atq; vētre. Eam autē quæ potū appetit, paruarū viarū causa fieri dicit. Præterea excrementa ventris græci scybala dicunt, negat aliena esse natura. Siquidem etiam ex ipsis corpora augeantur. Quædā deniq; inquit, animalia ex ipsis solūmodo nutriūt. Somnū enim etiā fieri spiritū sensibiliis classificatione affuerat, deinde regnū animæ aliqua in parte corporis cōstitutū negat. Etenim nihil aliud esse dicit animam, q; sensuū oīm cōtū, intellectū autē occultarū, vel latentiū rerum persolubilē fieri motū sensuū, qui ab accidētib; sensilibus atq; antecedēti perspectione perficit. Memoriā vero alterno eorū exercitio dicit. Omnia præterea fieri necessitate, & nihil sine causa, & nec naturā aliud esse, q; corpus, vel eius motum. Deinde, inquit, non solum prodest, sed etiā nocet. Hoc est Asclepiadis dogma, nunc quemadmodum phreniticos curauerit, prosequemur.

Item ad Asclepiadem phreniticos curans.

#### Caput. XV.



Hreniticos curans, primo libro cele-  
rum, vel acutarum passionū, expu-  
gnat eos qui contraria posuerūt ad-  
hibenda. Secundo quomodo declinā-  
da, vel auertenda sit phrenitis. Ter-

## CÆLI, AC VT. M O R B.

tio quomodo curanda, cum fuerit. Contradicens igitur primo in causa clysteres atq; irim bibendā, & acetū cū melle, & ex sinapi apophlegmatismum & tonsuram. Siquidem hortamēto quodam liquidior faciat ad caput ascēsum, & in constructionem atq; tensionem cerebri membranā cogat. Accurrit enim incisuræ capillorum matres, & pori deniq; & capilli post tonsuram cras fescunt, atq; fortiores fiunt. Quapropter etiamsi homines, si post cibum totōderint, tussicula atq; catarrho, vel lippitudine vexātur, dehinc si lanis caput post tonsuram tegere curamus, q̄to melius si naturali tegmine capillorum lateat obtectum? Improbat etiam in obscuro loco iacere ægrotantes, in luce enim, inquit, mentis siue intelligentiæ visa debilia, atq; parua efficiuntur, cum sensualibus visis arguuntur: sicut nocturni luminis ac funaliū flamma sub ætheria luce cōstituta visi posterioris oppressione languescit. in obscuro autē ecō trario vehementiora atque maiora fieri mentis atq; intelligentiæ visa asseuerat, cum nullis sensualibus visis arguuntur, quiescentibus sensibus, deniq; tanq; præsentia, vel vera fiunt, sicuti somniantum etiam: tunc enim silentibus sensibus solius mentis visa operantur. Ac deinde cum nullis adhuc sensualibus incisa vocantur, tanq; præsentium non præsentiuī visa sequuntur, phlebotomiam etiam nihil inquit iugulatione differre, in phreniticis siquidē sit cum dolore ægrotantibus congrua. Nam dolor maiorum corpusculorū statione fiet, quæ sola phlebotomia exantlari posse noscuntur, phrenitici igitur nullo dolore vexantur. Siquidem angustijs in his paruorū facta vi-

deatur statio, & propterea phlebotomati animi defectu, atq; corporis frigido torpore afficiantur, aut vocis amputationem, aut mentis alienationem sustineant. detracta enim materie passionum causa remanente crassificari contingit, atq; corporis facere algorem, tunc ad cerebri membranam spiritum, vel fenuorem ferri, & statione corpusculorum geminata quoque alienatione. Et recte quidem clysteres atque irim & mulsum ex aceto & sinapi apophlegmatismum recusat. Sed se ipse quoque impugnans sicuti in consequentiis docebimus, item tonsuram atque obscurum locum & phlebotomiā non recte prohibere voluit, nocentur enim quidam non tonsuræ causa, sed intemporalitatis eiusdem, denique etiam sanos post cibum tondentes nocere manifestum est, ante cibum vero oportunitatis causa relevari. Dehinc etiamsi vi sua prodesse tonsuram negat, oportuit tamen eam adhiberi propter vsum localium adiutoriorum, sine qua necessario adhiberi non posunt, sicut superius docuimus. Aeris vero qualitas non occulta causa, sed manifesto passionis indicio erit iudicanda, secundum passionem. Igitur quomodo videmus alios strictura, alios solutione magis affici, cōuenit ut pro differtia his lucidus, illis obscurus sit adhibendus. Nam crassitudine, ac frigore constringens aer redarguit corporis defluxiones, quas greci aporrhoēas vocant. At si, vt nuper docuimus, proprietatem accidentiū seruauerimus, quomodo quidā lucē fugiunt, vel oderūt, alij tenebras, cōuenit ut alios obscurō, alios lucido esse faciamus loco. Quid dicā quomodo pleraq; ægris aliter sunt q; videntur. ex

d.j.

## CÆLII AC VT.MORB.

vitis nanq; veris ducentes quidā mentis errorem,  
falsitate magis afficiūtur. Sic deniq; Hercules fi-  
liorum & coniugis inimicos visib; vultus acces-  
pit, Orestes etiā Electræ furiales vultus expauit.  
Non omnes igitur lucido in loco iacere concor-  
dat. sicut latius adiutoriorū libro explicam⁹. Est  
etiā vehementer noxiū phlebotomiæ vtilissimū  
adiutoriū prohibere. Quippe cū videam⁹ in ipso  
ysu s̄æpe passionē fecisse cōpēdiū. Etenī defectio  
vocis , atque algor sequentur eos qui incongrue  
fuerint phlebotomati, cōiuncta scilicet solutione  
aut intēporaliter, aut immodice. Vanum est etiā  
quia non dolent phlebotomiam prohibere, tanq;  
maiorū corpusculorū cōgruā detractioni, quorū  
obtrusione dolores efficiūtur. Primo enim paraly-  
ticos & peripneumonicos, & apoplectos cōgrue  
phlebotomam⁹, cū nullis dolorib⁹ affician⁹. Secū-  
do etiā phrenitici dolēt, sed eorū mens, quia iudi-  
cio caret, nescit queri, quod doleat. Videm⁹ nāq;  
eos sese mordere, aut vrere, aut pūgere: & naturale  
nō est nullo dolore cogēte fieri existimare. Dehīc  
maiorū corpusculorū detractionē, etiā minorum  
necessario sequit̄. At phrenitici nō solū alienātur,  
sed febricitat̄. Ita febres secundum Asclepiadēm  
maiorum corpusculorum statione fiunt. Si igitur  
propter alienationem non conuenit, propter fe-  
bres tamen conuenit adhibere phlebotomiam,  
sic etiam sanguis maiorum corpusculorum mate-  
ria, sed non solum detrahit phlebotomia, verum  
etiam spiritum & fēuorem, quæ vt dicit , par-  
uorum sunt corpusculorum materiæ . Conuenit  
igitur secundum ipsum phreniticos phlebotoma-  
ri, vt detractione minorum corpusculorum alie-  
ri.

natio mentis, maiorum febres auferantur. Ap-  
paret itaq; neq; secundum se cōsequenter Ascle-  
piadē phlebotomiā prohibere. Proinde præcauēs  
vel auertens mētis alienationem, iubet addisci,  
quæ sit accessionis ac dimissionis dies. Tūc gra-  
uiori die cibum dari paucissimū, atq; expectato  
febrium statu, dari ptisanā, vel ordeum, aut alicā,  
aut cum beta lenticulā, vel his quicq; simile, con-  
iiciēs solam ex his dandi nouitatē prodeſſe, nec  
habendum iudicium, quid istorum debeamus of-  
ferre, sed potestati ægrotatiū dimitteſū, quid  
velint eligere. Alia die si febricula perſeuerauerit  
exantlare obtrusiones, & requiem corporis adhi-  
bere, aquā dantes potandam, nō plusquam bis in  
die vſq; ad heminā, vel duas, & hunc modum eti-  
am nocte seruare, ſic rurſum ſecunda die, trans-  
acto accessionis augmēto dādum quiddā de pre-  
scriptis ſorbilibus, atq; alia die declināte febricu-  
la, vti ſorbili cibo. Perſeueraante vero rurſum ab-  
ſtinere, & præterito ſimilē tertium imitari diē.  
Tunc ſeptima audere iam pane atq; pifeibus, &  
vino vti, ſoluitur inquit enim paſſio tertia ſepe  
periodo. Ad hæc respondemus quia etiam ſi ſua  
ſponte paſſio intra ſeptimum diem ſoluī potue-  
rat, non ſoluetur, iniq; curationis cauſa. Etenim  
neq; de ſomno, neq; de vigilijs neq; de capitis fo-  
mento, vel cæteris quæ ad diligentiam pertinēt  
curationis, quicquam videmus ordinatum, ſolis  
ex tribus medelam credidit adhibendam, potu,  
cibo, clyſtere, & hoc tanq; de experimēto. Nam  
cibus, vt voluit, ante dimiſſionem dandus, trans-  
acto mox accessionis statu, turbatis ad huc liqui-  
dis atq; ſpiritu, quo febres duplent, & alienatio

d.ij.

## CÆ LII A C V. M O R B.

mentis ardescat, & non solū intēporaliter, verū etiam incongrue, stringit enim ordeū, & lenticula relaxat ptisana, & alica, & nō possunt contra rīæ qualitatis species ijsdē passionibus adhiberi, nulla discretione seruata. Dicimus etiā curiosum genus pulmenti atq; congestum, & primæ oblationi contrariū esse betā cū lēticula, quod appellauit seutlophacen, item ptisanā: cōtrarius etiam clyster atq; noxius perspicitur omnibus quidem propter intestinorū mordicationē, & cætera, magis tamē solutionē. Ipse deniq; accusans vrētes, ait continuationē clysterū incēdiū atq; sitim facere. Inusta enim intestina melle, atq; cæterarum specierū mordicatione mouent feruorē plurimū qui per alta quadam continuitate viarū mēbra nā cerebri influat. Cuncta etenī, inquit, quæ sunt in alto corporis constituta fese occulta vicinitate contingunt. Quorum in numero mēbranam cerebri ponimus. Reuocat etiam & grauæ passionis, atq; perniciosem malum, nihil enim in ipsa grauius q̄ ventris est fluor. Quòd igitur creſcit peiorante passione, hoc phibet fieri clysterū prouocatione, denique quæ culpans alios dixerit in ipsum conuertenda, vt tentē clystere. Non enim dici potest solam frequentiam iniectionis accusasse, genus autem innoxium iudicasse, cum manifeste propter acrimoniam clysteres noxij iudicentur, & magis etiam si vſu frequenti, atque copia peccauerint adhibentes. Quid dicā quod neque semel Asclepiades clysterem iusserit adhiberi, cum secundo vna die dixerit innouandum, dicens perseverantē rursum, cibo abstinentiū, & innouandum tertio præterita die quo clyster fue

rit adhibitus. Est etiam vanum sine disciplina tē poris potum ordinare . Ait enim bis dandum in singulos dies, mitto nō ōnibus ægris eundē modū competere strictura atq; solutione laborantibus , at iste duas heminas omnibus iussit dari, sed etiam vinum atque varium cibum septima die offerendum dixit , non declinationem passionis, sed numerum dierum aduertens, tanq; tūc necessario solui passionem existimans , quod est iuri, vel legib<sup>9</sup> simile. Dehinc explicita passionis aduertendæ præcautione præsentis, hoc etiam effecta curatione ordinavit, cuius duplē dicit differentiam, vnam meticulosam ac multis phreniticis aptandam, aliam vehementem atq; periculosam, quā philoparabolon appellavit. Quarum primam ordinans, si inquit, eum qui non sit ab alio curatus, acceperūt, & propterea nullo sit tētatus adiutorio, odoramentis vtetur, hoc castoreo, peucedano, ruta & aceto, vel ex his infuso liquore, & clystere detrahendæ obtrusionis causa. Sin vero ab aliquo medico fuerat ante curatus, erit, inquit, omnis vnectio, atq; cataplasma, vel odrumentum prohibēdum, statim primo ingressu, & ad lucem ex umbra transmutandus ægrotas, sternutamentū etiam adhibendū, mulsum, æstaste quater, hyeme bis, in die dimidia hemina ī sanguinis potionibus, sed præcocto melle, ne venter humidus, aut fluidus fiat . Tunc veniente nocte primo ad domicilium mediocre secedēdum atq; plurimus vel apertus aér fugiendus, dehinc si aliqua fuerit accessio, vel articulorū stupor, his trāsactis dandū quidq; de præscriptis sorbilibus necessario, si autem æqualia permanerint febrīum d.iiij.

## CÆLII ACVT. MORB.

signa, statim vespertino tempore, oleo totū cor-  
pus perungentes, caput etiā atq; collum rosaceo:  
dabimus sorbilem, cibum tunc ad largiendum  
requiem, vel somnum sufficiens erit motus, baiu-  
latoria sessione adhibit⁹, mox ægros mites ac de-  
licatos facit. Aliqui deniq; phreniticorū dirarato  
corpo motus causa deficiunt. Quapropter no-  
ste magis atq; post cibum gestationem cōuenit  
adhibere. Hæc est secundum Asclepiadem metu  
periculosa, atq; cauta differētia curationis. Huic  
extemplo respondemus, quia nulla est metu pe-  
riculosa differentia curationis arte formata, sed  
est potius tuta: neq; etiam vehemens, quam secū-  
dam posuit periculosam ac metuendam. Vocan-  
da est enim artis iudicio probata necessario ma-  
gis q̄ supradicto est vocabulo nuncupanda. At si  
vere fuerit illa quam putat, tuta, quomodo non  
omnibus, sed multis erit phreniticis cōgrua: aut  
cur non manifestauit, quibus sit incongrua: quid  
dicam: quia ipsa quoque quam putat, tutam  
passionem, peior esse perspicitur. Primo etenim  
inuidiose iubet si qua ante ipsum medicus adhi-  
buit, repudianda. At si non adhibuerit, tunc pro-  
banda tanq; legitimum putans, vt hæc alijs adhi-  
bentibus noceant, ipso medeantur. Dehinc neq;  
quibus vtendum sit his prohibitis dixit, vt opor-  
teat phreniticum sine vlo adiutorio derelinqui.  
Est etiam vehementer noxiū aceto vti atq; peu-  
cedano, & ruta, & castoreo: premunt hæc enim,  
& vertigines ingerunt, & ob acrimoniam sui tu-  
mentes dissecant membranas. Hinc etiā aliena-  
tionē geminant, aut pressuram ingerunt vehe-  
mentem: horum testis ipse est Asclepiades, accu-

sans enim eos qui rutam probauerunt adhibendam, vitandas inquit primo grauabiles virtutes. Siquidem ascensu quodam inspirationis caput inuadant, & magnas menti occasiones alienationis subijciant. Propterea paulo superius in eodē libro ait, ipsum caput obsidere non sinūt hi qui curantes cataplasmatibus & aceto & polline & confectis fomentis ex multiformi materia abluendum existimant. Similiter vngentes nō solum caput, sed etiam faciem atq; collum, quæ omnia non difficulter naris implenda odoris acerrimi, atq; grauabilis. Nobis deniq; s̄epe contigit ingredientibus ad ægros quibus hæc fuerant adhibita, vertiginem pati. Quid nunc Asclepiades grauius olens habuisti castoreo? quid grauabilius ab his quæ adhibenda confirmas. Cataplasma ta vero ex pollinibus, & acero fuit cataplasma remoto aceto per se efficax. Laxatium est enim si acetum tibi repugnat. Ipso enim caput foueri iussisti. Clysteris vero culpam superius probauimus. est etiam iners omnes ægros, vt voluit, ex tenebris ad lucem transferre, cum quidam tenebris curari magis videantur, sicut superius demō strauimus. Vexat etiā ptarmicum quod credidit adhibendū. Acre est enim atq; ignitum, vt piper, struthiū, & albū helleborū, quibus tumētes membranæ ex eorū acrimonia in asperitatē surgunt, & agitatione sternutamēta extētæ prouocātur. Deniq; statio corpusculorū causa est phreniticæ passiōis, vt putat, vehemēti⁹ eā his reb⁹ excitari suspicādū est, cū ad sternutamēti motū materia cōcurrat. Oīno deniq; sic curatiōes suas cōfundit, vt quę etiā ipse ordinavit excludat, cū sibi quadā d.iiij.

comparatiōe fuerint opposita, ait denique maiora adiutoria vitāda. Siquidem nocere magis quod prodesse videātur. Sed quid tandem leuioribus lacermus, si fomentis, atque vnguentis & cataplasmatibus & odoramentis & sternutamentis ægros afficiendos credidit? quibus apparet eum contra se met tulisse sententias. Caret etiam artis auxilio, quod pro temporum aère, atque loco ordinanda adiutoria putat, & non pro passionis tempore. Dehinc non oportet solum considerare, quoties potum demus, verum etiam quando. etenim accessionis tempore limpida quoque aqua febriū facit incendium. Multum vero dandum dicit subleuandi pulsus causa, nescius quomodo proprium phreniticæ passionis, inesse paruum, atque humilē pulsum, ut lethargo maiorem ac tardum. Oportuit igitur passionem destrui, non pulsum optari maiorem, qui sæpe peiorando conlurgit, quando ex phrenitico in lethargū venerit, ita quoties potum demus autūno, vel verno tempore, non docuit. Dehinc clystere vtēs mellis metuit admixtionē, ne ventrem, inquit, fluidum faciat, decoquēdum iussit, & clysterem non timuit, ne ventrem comoueret. Falsum est etiā cū continua atque iugis fuerit passio circa vesperū cibū dare. Siquidē etiā secundum ipsum Asclepiadē reuelētur omnes lucis initio, vespero accessiones augeātur. natura, inquit, vesperum ob aëris crassitudinem densata inflat corpora, atque initium generat accessionis. Omnibus denique pulsus leuat statim ex medio die initiū sumēs. Oino igitr ratione caret vesperū cibo tempus eligere, quo etiā secundū Asclepiadē accessiones augētur. Graue est etiā oleo rosaceo

tumentia frigerare, atq; constringere, & ex odo-  
re vertiginem facere, atq; pressuram & inchoan-  
te accessione ægros ad aliū transmutare locum,  
quādo magis eos oportebat quiescere. Sed neq;  
quotidie cibo nutrire est, vt putat, necessarium,  
& magis si nulla fuerit solutio cōiuncta, solo tu-  
more constrictis corporibus quo ferre non pos-  
sint quotidianam cibi sumptionem. Noxium est  
etiam omnes gestatione agitare, in his enim qui  
solutione & constrictione vexantur, magis ex-  
tenditur passio, & horum testis Asclepiades est  
primus: etenim ait vias apertiores fieri gestatio-  
ne, denique defectio atque diaphoresis sequitur  
eos qui incōgrue gestatione fuerint moti. Quod  
quidem nescius qua causa fiat, tanq; remedium  
quærēs vexationi gestationis nocte gestari atq;  
post cibum ægros æstimauit, scilicet vt non so-  
lum incongruo adiutorio, verum etiam inordina-  
to homines noceātur. Neq; enim sanis vtilis ges-  
tatio post cibum: inertem etiā perspicimus die-  
tam, quòd ait quibusdam esse cōtrariam, nec ta-  
men docuit quibus. si enim quos nocet nescieri-  
mus, necessario etiam quos releuet, nescire con-  
sequitur. Tradens etiam periculosam siue teme-  
ram, quam philoparabolon appellavit, ita com-  
posuit curationē, in alia iquit, habere similia pre-  
dictæ passioni solum, quòd vinū pro melle circa  
vesperam non nisi omnino coegerit passio, da-  
mus: si minus primo ingressu statim, atq; pluri-  
mum & extentum, hoc est, meracum & falsum  
dabimus vinum, quod appellavit tethalassome-  
non. etenim inquit quæ primo imbecilla atque  
tarda de sorbilibus & mulsa dederunt, ægro cō-

## CÆLII A C V T. M O R B.

moda omnia ex vino celerius atq; coaceruatim implētur, etenim feruor plurim⁹ accedit, & pulsus erectio & roscida sudatio mitigatur tanq; ex cautere per totum corpus vino concurrete, atq; inurente sensum, scientia, hæc est vehementior, quam dicit curatio, pro mulsa habens vinum, ut cæteris peccatis manentibus in odoribus & fo- mentis & sternutamentis & iacendi loco & ges- statione omnibus ordinata grauiorem ex vino vexationem adiecerit. In quibus neque mulsum recte secundū ipsum ordinatū esse perspicimus, dat enim vinum & incongrue & intemporaliter & immodice. incongrue inquā quoniam sal- sum & propterea acre. quādo deniq; mel iubet ne venter veniat in fluorem, atq; ab alijs ordina- tum clysterem remouet, & tanq; in cōmemora- tionem ducentem grauem phreniticis vexatio- nem, hoc est fluorem veatris. Cū magis falsum vinum id facile possit efficere, & per acrimoniā febres, atq; tumens corpus incendere. Intempo- raliter autem quomodo circa vesperam, quando secūdum ipsum fiet accessio, vel certe statim, vt ait, primo ingressu tanq; secum opportunitatem dandi attulerit vini. Item immodice dare proba- tur, quomodo mulsum atq; meracū, & propter- ea ignis ī modū vexare p̄spicitur, vt vere ipsum videatur cauteris esse virtute, quæ neruos incur- rens atq; penetrans infestæ iamdudum febricu- lę coniuncta etiam illud quo sapimus & aliena- tionem geminet mētis, aut spasmū faciat ægro- tanti, afferēs etiam quod hi qui nō mulsum nec meracum accipere voluerint, noceātur. Si quidē minus inebriare contingat. Erat enim conueniēs

omni phrenitico qui ab eo curatur hāc adhibere  
ppriā alienationē mētis, aut omnino vinū acci-  
pere noluisset, quippe cum Asclepiades ex vino  
frequēter phreniticos fieri fateatur, atq; similes  
ebrijs inueniri. quomodo igitur credi potest eos  
dem multo vino accepto, atq; meraco releuari,  
quibus alienatio ex vino facta perspicitur? Quę  
necessario in capite simili semper vexatiōe ope-  
ratur. In his nos credulitate occupari existimat  
ut tanq; ebrios plurimū vinū in altū somnū de-  
mergit, nō aliter etiam phreniticos vinolētia in  
somnū venire posse putem⁹ mulso atq; meraco  
potu affectos. Hāc enī vere ipsorū aliquis dicere  
potest. sed cōtrā erit aduertendū, nullā esse simi-  
litudinē vinolētiæ phreniticę passionis. In ebrijs  
enī alienatio ex multitudine poti vini facta per-  
spicitur, quæ reflata tēporalē citius alienationē  
soluit. In phreniticis vero ex tumore alienatio  
fiet. Quo cōsiderandū est quia vinū in his refla-  
xi minime potest propter difficultatē viarū, quę  
sunt ex morbo adeo densatæ vt neque naturalia  
quę per sensuales vias exclūdi cōsueuerūt reddā-  
tur, neq; accepta per cibos impartiri corpori fa-  
cile videātur, vel per tenues vias digestiōe solu-  
ta ppriari, atq; ad sua destinata puenire. Sed ma-  
netia statione insueta nouo turbore corp⁹ affi-  
ciāt, atq; tumētia exagitēt, mentē quoq; turbēt  
vel receptacula quæq; pcutiāt, tēpore quo etiā  
ille spirit⁹ qui naturalis ac tenuis est angustatos  
suos ambit⁹ pūgat, ac dolores corporis efficiat.  
Mitto etiā, quomodo, si vt volunt, ebrijs similes  
phreniticos accipim⁹, nō oportuit ebriū inebriā  
do curare. Null⁹ enī vinolent⁹ bibēdo in sobriū  
venit. nam magis econtrario qui perseverando

## CÆLI AC VT. MORB.

potauerunt multo poto multum mentis alienationem auxerūt, aut in spasnum, aut in vigilias incurabiles deuenerūt. Adiuuant etiam vexationem violentię, grauabilia odoramenta, atq; foimenta, quibus deniq; fortes ac recte valentes in conuiuijs incautius v̄si multa se grauatione vexarunt. ait etiam vinum in cauteris similitudinē abstinentia sudorem, cum idem dicat mitigari alienationem accepto vino, cum se plurimi ac per totum corpus sudores effuderint, vt secundum ipsum id sit intelligēdum quod nunc abstineat vinum sudores, nunc faciat libro deniq; quē de cōmunitib; adiutorijs scripsit, utriusque virtutis vinū, dixit. Sicut enim, ait, coagula dēsant atq; extenuant lactis naturam, cum caseus ex lacte crassescat, & materia exinde tenuior ac magis liquida fiat, quam Græci ὥρχον appellant, atque hæc contraria eadem virtute sufficiā separātur. Non aliter & vinū vi quadam suā percussionis, plurimā nutrimenti partem densare accepimus, atq; in se cogere, plurimā vero resoluere ac dirarare & tenuem facere. Quibus probatur repugnantia ex iisdem promittere, & frigido exemplo deniq; errare. Sed neq; discretionibus generalibus vini conjectura cōuenit, falsis exemplis immissa. In his deniq; adhuc constitutus demonstrationibus vanis inuoluitur, dicēdo vini tritam potionem in passionibus tardis magis quā in celeribus vel acutis: Et in his qui dimissionib; reueātur, magis quā in his qui cōtinuatione vexantur. Et senibus magis quā in iuuenibus, & præpurgatis clystere, vel sifientibus magis quā plenis cibo. Et inchoantibus ac deficientibus fe-

bribus magis quam summa tenentibus, & post accessionem potius quam ante ipsam. Nunc autem curans phreniticos ordine quodam usque ad finem seruato, sicut in nutriendis virginibus vinum dari constituit, in celeri passione, atque continua & omnibus, nihil sane considerans, sed statim primo ingressu, ac frequentius in statu passionis. Tunc enim, inquit, vehementius alienatur ægrotates. Præterea & in vehementia accessio- nis intelligitur dare cum vespero tempore dan- dum iubet. hæc sunt quibus neque sibi conuenies phreniticorum curationem ordinasse probatur, quanquam plurima quæ dici potuerant, infinita consideratione taceantur.

Ad Themisonem. Cap. XVI



Vomodo Themison scribens celerum passionum curationes antiquorum peccatis assentiens quædam incondita dereliquit. Nam necdum purgauerat suā sectam, & ob hoc phreniticorum ordinans curationem quibusdam erroribus implicatur, ipsius quoque inspicienda sunt singula. Primo igitur ex prima diatrito nutriendos dicit, nullis etiam cogentib⁹ causis, quod est impropriū temporis. Dehinc dat sorbilia, ita cucurbita, aut solū mulsum, aut pomorum. Quædam quomodo nunc dissimilitudo virtutis ciborum docet, errorem facile perspicimus. Etenim sorbilia quæ posuit succi sunt melioris, cucurbita vero cito corrūpitur. Poma quoque succi maligni, ac facile acescentis esse noscuntur, etiamsi sani fuerint accipientes, quibus deinceps medio cibo uti debere salutarib⁹ præceptis

## CÆLII ACVT.MOR.B.

docuimus. Vbi autem viscera tument & altiora febris inuruntur, multo facilius aescere poma probam⁹. prohibet sane in somnis peucedanū, castoreum, rutam, sed aceto rosaceo admixta his berno tempore. Estate vero aqua admixta rosaceo initio passionis caput foueri iubet, non continens quomodo ob magnitudinem transcenso initio extemplo passiois, sumit augmentū. Dehinc etiam si initium habere potuerit, quod est difficile, erat melius constrictiis ut leniorib⁹, ut oleo hispano atq; nouo. Etenim acetum & rosaceum percutit, & implet caput. Quod autem refrigerantis ac densantis virtutis est, crescēte strictura, incongruū esse perspicitur. Ita iuxta differētiā temporum hyemis vel æstatis fomenti mutare qualitatem, nullius est rationis. Item duob⁹ diebus, vel tribus transactis etiam hederæ folijs, vel succo, aut serpilli, aut mentæ, vel cuiusq; similis virtutis simplicium ac non vehementium specierum cū oleo, atq; aceto per interualla fouendos dicit, etiā nunc non iuxta sectæ rigorem. Neq; enim ad numerū dierū oportet somneta ordinarie, cū debeamus magis passionē, vel tempus attendere, & neq; constrictiua tumorib⁹ atq; gravabilia ægrotantib⁹ adhibere. Nam hedera cum bibitur metis errorem inducit: cadit etiā cum in accessione thoracē putat vngendū, & in his qui forte ardorem sentiunt rosaceo fouendum. Hoc etenim quū virtutis sit densatiuæ, costringit timentia, & ardorē geminat. Omne etiā vnguentū accessionis tempore & magis in augmēto febriū incendiū facit ex superficie corporis ad altiora perduci. Peccat enī & in reprobā disodoramētis,

nō docēdo quæ illa sint, ac quot dieb<sup>9</sup> abstinem<sup>9</sup>  
ægrotos, vnguentū adhibēdo quod est laborio-  
sum, nisi etiā cib<sup>9</sup> fuerit datus. Oportet enī neq;  
cibari nō antecedēte perūctione, neq; perūgi nisi  
cib<sup>9</sup> fuerit cōsequutus. Sed etiā post vñctionē a-  
qua frigida faciē fomētat cōstringēs rursum tu-  
mētia, phreniticis strīctura caput afficit. Omnis  
etenī phrenitico strīctura caput affici nemo ne-  
gat. item inaniter putat ex tertia die qua mente  
alienari cōperūt nulla accessionū discretionē co-  
gēte, quotidie cibū dari. At si alternis dieb<sup>9</sup> fue-  
rit occurrēs accessionē, alternādū etiā nutrimentū.  
Oportuit enī siue declinato solutionis metus oc-  
currerit, atq; quotidianis diebus accessionis fue-  
rint effectæ, omnibus cibū alternis dari. Nam  
nō potest corp<sup>9</sup> diurnis accessionib<sup>9</sup> grauatū suis  
partib<sup>9</sup> applicare nutrimēta quæ sumpserit. Sed  
hic grauius peccans ait adiuuare etiā lauacrum,  
quāq; sit adhuc passio in gradu cōstituta, tribus  
tamē vel quatuor dieb<sup>9</sup> trāsactis, quo mētis alie-  
natio irruisse videtur. Quomodo igitur cōueniēs  
lauacrū passiōi probatur, cū nec dū quotidianis  
dieb<sup>9</sup> cibū dare videatur? Quippe cū adhuc pas-  
sio suæ magnitudinis teneat sumitatē, & ppter  
ea mitigatiua sit curatio magis q̄ turbatio ex  
lauaci cōmotiōe adhibēda. Mitto quòd ēger ad  
hēc magis moueatur alienatione mētis, nec ullo  
assensu nostro pareat iperio. Siquidē ferali mēte  
omnia quoq; accipiat, ac recuset. Itē iubet lauan-  
tes soliū primo descēdere, tunc ascēdentes soliū  
fricare plurimū & rursum descēdere, quod est la-  
boriosum: sufficiebat enim defricatos, tunc soliū  
descēdere cū se modico sēserint sudore vexatos.

## CÆLII ACVT. M O R B.

At iste post lauacrum oleo rosaceo caput fouet; quo grauius odore impletum ægrotates afficiat. Est autem incongruum atq; consequens laxata, ut putat, lauacro corpora oleo rosaceo fomentare, cum sit frigidæ atque constrictiæ virtutis, &c. propterea corporis efficiat densitatē. Non enim eius frigus erit aquæ frigidæ comparandum, cū aqua frigida ob extinguendum feruorem, veluti cocti corporis adhibetur. Rosaceū vero perseveratione quadam simili, atq; eadem vexatione iugi frigore, & odore percussibili caput afficiat. Vinum etiam dandum declinationis ordinauit tempore, cum neq; omnibus hoc sit adhibendū, sed solis illis qui simplici ægritudine afficiuntur. Dehinc non in omnibus prohibuit vinū falsum, sed in his qui sunt insueti, nescius quia consueti vexantur. Si quidem sit natura noxiū febricitantibus vinum. Consuetudō autem nihil aliud prodeſſe, quām vt non plurimum corpora nocentur, potest. Nos vero oportet consuetudinem rerum vtilium facere, noxiarū fugere. Dat etiā vinum plurimum heminam, etenim vel tres diuidias iubet ante cibum, si fuerit fitis nimia cōsequuta. Quod est, vt sentio, sine vlla ratione: in graui enim ac periculosa ægritudine nudis & sicutientibus visceribus, ingrediens vinum facile cōcurrat ad neruos, atq; mentis iudicium tollit, cū non habuerit præmissum cibum quē incurrens quadam tarditate moretur. Proficiētibus igitur ægris perseverandum inquit in vndo vno, si vero profectus cessauerit, tribus vel quatuor diebus aquam dabimus, vsum vini differētes. Rursum dierum numerum & nō passionis conside-

tantēs motū. Quapropter etiam si post tres dīes difficultas adhuc declinationis obstiterit, non oportet ad vsum vini descendere, etenim solliciū tā passiones his in pulsibus facile ad augmenta recurrent. Hæc nunc Themison phreniticis cū randis ordinauit. Sed post ex methodica secta multa bona contulit medicinæ.

Ad Heraclidem. Cap. XVII.

**H**ipiricorū sufficit soli Heraclidi Tarantino respondere. Etenim eorum posterior atq; omnium probabilior apud suos inuenitur. Idem nāq; pri-  
mo libro curationū de internis pa-  
sionibus varias curationū differentias scribit, pro  
suspicionibus causarum. Nam primū phreniticū  
facere iubet loco obscuro, Siquidē, luce, inquit, eo  
rum mens asperatur. cum plerosq; magis videa-  
mus tenebris asperari, atq; luce eos qui adiuncta  
solutione afficiuntur, adeo vt si paulo vehemen-  
tior fuerit, diaphoreticam faciat solutionē. Item  
iubet ventrē clystere deduci, tunc phlebotomiā  
adhiberi, atq; alia die rursum vsum innouari cly-  
steris, non aduertens quomodo tumētibus præ-  
cordijs atq; extētis vel adductis simul cū visce-  
ribus periculōsum est quicq; acre, vel quod com-  
moueat immittere, quo retento tumor magis au-  
geatur. Dehinc turbulentū atq; vexabile & per  
omnia contrariū esse perspicitur, eadē die clyste-  
rem atq; phlebotomū adhibere. quippe cū neq;  
tempus vtendi dixerit, necq; qui sunt phleboto-  
mādi discreuerit. etenim eos qui solutione affi-  
ciūtur nocet, vt gladius. extendit peccatū dicen-  
do oportere quotidie adhiberi clysterē, vt neq;

e.j.

## CÆLII ACVT.MORB.

quiescendi aliquod tempus occurrat, & cibo nō  
nutriatur, viribus priuet iniectio. Tradens etiam  
loca alia adiutoria, caput fouet decoctionibus  
lauri. Tunc nouacula radit, & ex eodem liquo-  
re vaporat. Post rosaceo oleo caput atque na-  
res iubet vngi, percutiens tumentia ante decli-  
nationem ex fomentis supradictis, implens etiā  
caput ex odore lauri, atque grauedines ac verti-  
gines efficiens. Similiter & ex oleo roseo con-  
stringens simul ac frigidans cerebri membranā.  
Imponit præterea cataplasma ex polline & a-  
qua mulsa admiscens iris illyricæ decimam par-  
tem & lentiscini olei, & aromatici calami, quæ  
omnia ignea atque percutientia odoris cauſa es-  
se perspiciūtur: & oportebat tumentia congruis  
relaxare virtutibus. Item iubet post hæc medi-  
caminibus vngi caput & nares hoc genere con-  
fectis, peucedani, castorei, opij ut in libro quem  
Nicolaum vocat olei amygdali amari pōdus su-  
pra scriptum sed prætriti, cū aceti sextarijs duo-  
bus & olei irini vncijs tribus, quorum usus ita,  
inquit, erit adhibendus, ut præcalefacta appo-  
nantur, ex quibus grauatio capitū, atque com-  
mutatio nascetur, ut statim alienatio in pressu-  
ram transeat, cum tantis perniciosissimis malis  
ægrotantis caput obsidetur, empiricos laudat.  
mirandum sane unde hæc ei venisse suspicio po-  
tuerit, ut discrepantium commixtio vnam face-  
re virtutem posse putaretur: vel quæ illis natura  
vel fortuna fuerit magistra, quas sepe suis inuē-  
tionibus duces fuisse testatur. Vel certe quomo-  
do discrepantis historiæ in ista medicaminis co-  
fessione iudicium tacuerunt. Sed si hoc experti-

mentum dixerint apertissime desirabunt, ut laborans & empirica ad occultarum confugiat apprehensionem causarum. Item iubet nocte caput vaporari, si facultas fuerit papaveris decoctione, atque serpylli, non adijcens sus causam, neq; rationem qua sit hoc circa vesperam facendum, cum tunc maxime phreniticis asperius tenuis occurrat. Vaporatio autem caput exagitat, & tunc magis in requie fuerat habendus ægrotans. Sed intelligimus eum in ista fuisse rerum diuersitate coactum, cum solas vigilias ægrotantis attendit, somnum quibuscumq; ambitionib; adhibendū existimat. Quinetiam potados dicit ægrotantes antidotum diacondion, cum mulsi sextario, vel seminali medicamine poto, quod dia-spermator vocant, aut tussiculari, quod bechicū appellant: cum magis opium, hoc est papaveris lachryma, densitatē faciat. Item seminalis potio acrimoniæ causa incendium faciat viscerū, atq; hæc omnia grauando pressuram magisq; somnum facere videantur. Somnus enim laxatis fiet corporibus indulgentia naturali. Pressura vero densatis aduersitate morborum igitur præscripto medicamine negligens tumentia contrarijs stricturā geminat reb; nō similib; quomodo cū causa impeditiōis somni, hoc est strictura augeatur, in lethargicā passionē ægrotares veniūt, vel certe maiores vigilias. item eodē libro accusans vtentes medicaminib; ex castoreo atq; aceto & spodylio confectis & cataplasmatibus ex aceto siquidem sint acria, ipse quoq; nihil min⁹ peccare videtur, adhibēs grauabiliora atq; acriora. Etenī dicere quomodo nō ad soluendā passionem, sed

e.ij.

## CÆLII ACV.MOR.B.

seruādi ægroti causa hæc adhibuit, est omnino  
inertiæ. Nam primo quibus passio leuigatur, his  
etiam æger seruatur. Secūdo quib⁹ laboras retine-  
tur in vita, ijsdem etiam passio releuatur. Tertio  
cū non paruo periculo ex vigilijs afficiatur, mai⁹  
tamē ex pressura Heraclides facere perspicitur,  
nā somnū fecisset grauabilib⁹ vt̄es medicaminis  
bus, cū sit semper, vt in vtilibus maius, sic in ad-  
uersis leuius eligendum. sed inquit, vt vinū me-  
diocriter datum nutritile ac salutare probatur,  
plurimū vero atq; immodice datū capitīs graue-  
dinē, atq; mentis errorem facit, sic etiā medica-  
men supradictū moderatione accedente som-  
nos faciles facit, remota grauedine. Est autē exē  
plum dissimile horum, etenim medicaminū etiā  
si paruū quidq; fuerit datū, grauedinem facit: si  
plurimū, mortem. Nam quia grauatio magis q̄  
somnus efficitur, facile perspicere poterimus. Et  
enim de somno coloris melioris efficitur corp⁹,  
fortitudine quoq; acquisita. Ex medicaminis ve-  
ro pressura pallor atq; debilitas, & grauatio cor-  
poris nimia sequetur. Dehin̄ omnis somnus in  
corpo spirabili atq; indulgentia laxato nasce-  
tur. Medicamina vero quæ ob vigiliarū mitigationē  
dantur, magis accessionis tempore offerēda-  
dicūturu. Tū enim vehemēter ægri vigilare no-  
scūturi, cū sit impossibile turbore corpus imple-  
tum, somni tunc indulgētia tēperari, cum hæc  
commoda medicamenta etiam sponte ventura  
corrumpat, incendat etiam altiora & præsentē  
augcat accessionē. Necq; enim etiam cibos con-  
suetos, atq; qualitatē cōueniēs accessionis tēpore  
offerre, vel quod multo leuius est, aqua corrupti

posse negatur, ut cuiq; credendū sit supradicta medicamina, isto præsertim tempore digestionis officio superari. ait præterea succubente passione dādum viscellū simplex gallinaceū, vel succū ptisanæ, ordei, vel orizæ, ac deinde per profectū ad usum panis accedere, leui ex farina confecti, & gobionū pisciū pulmentū, secūdo carnis gallinaceæ ac leporis, quæ nō recte quisq; etiam declinationis tempore ob reficiendū corpus prima dari permittat, quæ quidem declinatio forsitan nec futura sit his malignis ægrotanti atque tantis affecto & nulla mitigatione, tolerato. Necq; oris collusione neq; potu neq; cibo. Mitto etiam quia si dimissio fuerit facta, nō necessario tēpus accipit. præfinitū etenim nunc decima, nūc duo, decima die vel ultra sæpi occurrit. quapropter tantis diebus innutritum ægrotantē relinquere, non solū noxiū, verum etiā impossibile esse perspicitur. Dehinc gallinarū viscellū, facile corrūpi tur, & est digestione difficilis ordei atq; ptisanæ succus, oriza vero quod stringat nulli dubiū est, atq; ita panis q̄titatē augere nos quoq; admitti mus, pisces autem gobiones dare prohibemus, etenim locū in passionib⁹ celerrimis vel acutis acrior cibatio, quā polyphagiā vocāt, nō habet. Item dari iubet, atq; varios cibos & neq; lauan dam faciē, neq; aliā congruā corporis diligentia ordinandā vidi, sine qua minime digestio fieri potest, non solū variæ cibationis, verum etiā simplicis, nisi corpori punctiōib⁹, atq; alia diligētia recreato fuerit illata. Hęc est secundū Heraclidē curationis, prima phreniticorum differētia, illis verò qui cruditate phrenitici fuerint effecti, ita e. iii.

curationem ordinavit, ut supradicta similiter adhibeantur. Cataplasma vero non prius quam clyster antecesserit, adhiberi iubet. etenim perniciosum est, inquit, pleno corpori hæc adhibere. Siquidem ad caput rapta materia in salutis periculum præcipitet ægrotantem, atq; ita prohibendam dicit phlebotomiam, adhibendam vero corporis purgationē, poto medicamine quod appellat dia scammonias, hoc est quod ex diagnoſcio coſſicitur, quibus apparet hūc suæ ſectæ peccata cuſtodiare, ut ea quæ empirici ſeruabilia vo- cauerūt, etiam hūc adhibenda existimet, adijciēs etiam peiora. Prohibendo phlebotomiam, quæ ſimplici atq; innoxio laxamento, nullis obſtantibus adhibita facile laxato corpore paſſionem poſſet auferre, cuius in vicem nocētiſſimam adhibendam purgationē iudicauit ſcammonie quæ eſt grauior cruditate, quam ipſe metuens in contraria venit argumēta curationis. Etenim ex hac corporis purgatione ſive liquidarum detractiōe materialium corpus confluere manifestum eſt, atq; eius ſolida quadam dimiſſione lenteſcere, & in liquida migrando deperire. Mitto quod neq; ſuæ ſectæ ſeruauerit morem, quæ nunq; vascu- lorum corporis materias attenderit, ſi quidem ſint nō ſolum oecultæ, verum etiam empiricorū iudicio falſiſſimæ, etenim existimare, quod diſcendæ paſſionis cauſa ſuccorum nominauerit cruditatē, potuimus, niſi etiam curationis ordinem iſum intuens diſceſſiſſet, adeo ut etiam ſcammoniam bibendam credidifſet. Quærendū etiam vbi eſſe cruditatē ſuſpicetur, vbi ſcammonia putaret detrahendam, in intestinis? ſed

sic fuerat melius atq; facil<sup>9</sup> eam clystere purga-  
re.an in capite,an vero in toto corpore? sed cum  
hæc incerta dimiserit,videtur iudicium sui ope-  
ris medicamini dimississe ,vt tanq; sentiens ani-  
mal operetur, separando à naturalibus aliena,  
hoc est cruditate corrupta , atq; sola detrahere.  
Tertiam inde curationis scribit differētiam,qua  
iubet, si totum corpus non fuerit multo sangu-  
ne grauatum, sed solæ capitatis partes videantur  
implete, ex vena frontis detractionem fieri:cum  
neque passionis esse causam sanguinem videa-  
mus, neq; ex patientibus locis detractio aliquid  
medeatur, etenim magis patiētes adimpler par-  
tes. Primo ex antecedenti fasciolæ cōstrictione,  
secundo ipsius coactæ materiae concursu. illos  
vero quos corruptione, inquit, in passionem ve-  
nisse viderimus, clystere purgandos, aquam dan-  
tes largius bibēdam. Aliquādo etiam mulsum,  
vinum chium, aut rhodiū, sed primo aquatum,  
secundo etiam meracum. Hic etiam rursum suę  
fectæ rigorem contempsit suspicionibus in er-  
rorem deductus, liquidarum materiarum corru-  
pta temperare festinans, & ita iugiter, vt incu-  
rabilem faciat manere passionem. Dat etiam si-  
ne tempore vinum, & quid pluribus? ita curan-  
di diligentiam permisit ,vt varia mobilitate vi-  
deatur esse cōfusus, quorum omnium meminiſſ  
se decet, sed sola supradictorum probari ratione.  
Hæc sunt quę de phrenitica passione credidim<sup>9</sup>  
ordinanda,nunc de cæteris celeribus vel acutis.  
cū febriçula passionib<sup>9</sup>, sequēti docebim<sup>9</sup> libro.

## PRIMI LIBRI FINIS.

e.iiij.

## CAPITA LIBRI SECUNDI.

- |   |            |
|---|------------|
| De lethargo   | Cap.I.     |
| Quæ sequuntur eos, qui in lethargiam venire possent noscuntur.                                    | Cap.II.    |
| Quomodo discernimus lethargos ab his qui similibus afficiuntur.                                   | Cap.III.   |
| Quomodo curandi sunt lethargi.  | Cap.IV.    |
| Ad Dioclem  | Cap.V.     |
| Ad Praxagoram   | Cap.VI.    |
| Ad Asclepiadem  | Cap.VII.   |
| Ad Themisonem   | Cap.VIII.  |
| Ad Heraclidem   | Cap.IX.    |
| De apprehensione vel oppressis, quos Græci castaleptos appellant.                                 | Cap.X.     |
| Quomodo curādi sunt hac passione laborantes.  | Cap.XI.    |
| Quomodo aliarum sectarū principis istam curauerunt passionem.                                     | Cap.XII.   |
| De pleuritica passione.   | Cap.XIII.  |
| Quæ sequuntur pleuriticos   | Cap.XIII.  |
| Quomodo intelligim⁹ pleuriticam passionē in peripneumonicam transeuntem aut in vomicam venientem. | Cap.XV.    |
| Quis locus in pleuriticis patitur.  | Cap.XVI.   |
| Quæ sunt similia pleuriticæ passioni: & quomodo internoscuntur.                                   | Cap.XVII.  |
| Quomodo curādi sunt pleuritici.   | Cap.XVIII. |
| Ad Hippocratem.   | Cap.XIX.   |
| Ad Dioclem.   | Cap.XX.    |
| Ad Praxagoram.  | Cap.XXI.   |
| Ad Asclepiadem,   | Cap.XXII.  |
| Ad Themisonem   | Cap.XXIII. |

- Ad Heraclidem. Cap. XXIII.  
 De peripneumonia. Cap. XXV.  
 Quę est pipneumonię intelligētia. Cap. XXVI.  
 Quomodo intelligitur peripneumonia.  
     Caput. X XVII.  
 Quis locus in peripneumonicis patitur.  
     Caput. XXVIII.  
 Quomodo curandi sunt peripneumonici.  
     Caput. XXIX.  
 De cardiacis. Cap. XXX.  
 Quid est cardiaca passio, vel quomodo eius co-  
     gnitio tradenda. Cap. XXXI.  
 Quomodo intelligimus eos qui in cardiacam ve-  
     nire possunt, aut etiam in ipsa constitutos.  
     Caput. XXXII.  
 Vtrum ne febricitent cardiaci. Cap. XXXIII.  
 Quis locus in cardiacis principaliter patitur.  
     Cap. XXXIV.  
 Quomodo discernimus cardiacos ab his qui in  
     stomacho patiente sudauerint. Cap. XXXV.  
 Quomodo discernimus cardiacos ab his qui su-  
     dore prospero liberātur, quem græci criticum  
     vocant. Cap. XXXVI.  
 Quomodo curādi sunt cardiaci. Cap. XXXVII.  
 Quomodo aliarum sectarum principes cardia-  
     cos curauerunt. Cap. XXXVIII.  
 Vtrum recte Asclepiades cardiacos curauerit.  
     Cap. XXXIX.  
 Vtrum recte Themison cardiacos curauerit.  
     Cap. XL,

CAELII AVRELIA  
NI METHODICI SICCEN-  
sis Oxeon Liber Secundus.

De Lethargo. Cap. I.



Elerum cū febricula pa-  
sionum primam superio-  
re libro tradidimus phre-  
nitim, nunc lethargicam  
cum cæteris ordinamus.  
Vocatur lethargus à cō-  
sequēti passionis obliuio-  
ne, græci enī lethen obli-  
usionem vocauerunt, ar-  
giam vacationem, quam corpori atq; animæ in-  
gerit vis supradictæ passionis. Et est comparatio  
grauior phrenitice. Non aliter q̄ negatus in toto  
visus, ab ex parte impedito: vel silētum ab im-  
pedita loquutione, aut surditas ab auditus fallita-  
te, vel hebetudo sensuum, à difficultate. Denique  
vehementi stricturna phrenitici sēpissime in lethar-  
giā venerunt. Vtq; declinante lethargia aliquā  
do econtrario lethargi in phrenitum deciderunt.  
Quorū rarius ex supradictis prima contingunt.  
Siquidem facile periclitantes passionis magnitu-  
dine in peiorē deueniant, difficile autem in pe-  
riculis bona locum accipiāt. Quapropter Ascle-  
piadi credendum non est, dicenti pulsū, atq; re-  
spirationem humaniorem lethargis q̄ phreniti-  
cis esse, siquidem habeat magnitudinē & percus-  
sum fortiorē, tanq; iugi somno dormientium.

sed neq; iste somnus est impeditis omnibus na-  
turalis accessionis officijs , sed est oppressio quæ  
nihil resumat ægrotantem, ac potius demergat.  
Necq; etiam pulsus fortis , sed magis debilis per-  
cussus inuenitur, atq; piger ac inanis. Quod autē  
in inflatione erectus videtur, nō fortitudinis cau-  
sa, sed passionis neq; tia id efficitur. Deniq; in his  
quibus ob phreniticam passionē parvus est pul-  
sus, sæpe peiorante morbo, atque in lethargiam  
transeunte , pulsus in magnitudinem erigitur  
ob specialem proprietatem passionis, non profi-  
cientium virium causa : quippe cum generaliter  
strictura peiorante omnia deterius roborentur.  
Sed hanc pleriq; diffinientes passionem, aiunt le-  
thargiam esse delirationem cum febribus acutis  
ad perniciem ducentibus , & erat non deliratio-  
nem, sed pressuram dicere. Demetrius autē He-  
rophilus passionem inquit acutum cum pressu-  
ra & obstruzione sensuum cum febribus. in qua  
diffinitione ambiguum est , quod sit accipiendū  
frequenter. Vtrum ne antecedenti seruiat oratio  
ni, vt intelligamus frequenter cū difficultate sen-  
suum: an consequenti sit orationi iungendum, vt  
intelligamus frequenter cum febribus : an verò  
vtricq; seruiat parti: quo inuenimus nihil recte es-  
se diffinitum, semper enim cum difficultate sen-  
suum atq; febribus hæc intelligitur passio. Ascle-  
piades hanc passionem non definiuit, sed Alexā-  
der Laodicensis ex Asia secundum ipsum ait le-  
thargum esse subitam, vel recentē cum febrib⁹,  
& pressura atq; sensuū iugi difficultate. Sed esse  
videmus plerunq; etiā cū dimissionib⁹ lethargiā  
& pressuram, id ipsum esse perspicimus, quod est

sensuum difficultas, q̄q̄ hāc grauiorē putauerint  
 pressurā. Nec sanè debuit in diffinitione magni-  
 tudinis differentias ponere, sed passionis genus:  
 quemadmodum intelligatur manifestare. Nōne  
 etiam complexionem magis phreniticæ passio-  
 nis cum lethargia dedisse videtur? Deniq̄ aliena-  
 tio subita acrescens cum febribus acutis phreni-  
 ticæ est passionis. Pressura verò cum febribus le-  
 thargię Atheneus Tharsensis, furorē, inquit mē-  
 tis cum mœstitudine. Siquidē Asclepiades in pri-  
 mo libro celerum passionum dixerit phreniticis  
 alienationem cum turbore effici, in lethargis cū  
 somno atq̄ tristitia. Alij alienationem cum mœ-  
 stitudine & iugi somno esse lethargiam dixerūt,  
 etenim non habent mentem in furorem exten-  
 tam, vt Atheneus ait, sed sola in alienatione cō-  
 stitutam, vt Asclepiades. Sed etiam nunc tradi-  
 tiones caducas simul aduertendas existimo ex  
 his, quæ supra memorauimus: non enim somnus  
 in lethargis esse aduertitur. cæterum nullum pe-  
 riculum sequeretur. Neq; etiam accessionis tem-  
 pore magis & gros afficeret. Item neque iugis in  
 omnibus est pressura, sed etiam plerunq; dīmis-  
 sionis intercapedine levigatur. At si cum febri-  
 bus esse non adiungerent, vt Asclepiades fecit,  
 communis esset cum epilepsia diffinitio. Leonis  
 des autem episyntheticus lethargus inquit, est le-  
 thargia secundum vias membranarum, cum fu-  
 rore mētis atq; febre, & mœstitudine, ac pressu-  
 ra & pulsu magno. Sed neq; causam oportuit di-  
 cere quæ sit occulta, atq; apud veteres discrepās,  
 & iniudicata, cū passionem manifestare fuerit  
 necessarium. Neq; etiam mœstitudinē, vel tristi-

tiam atq; mentis furorem. Etenim pressuram in semet mœstitudinem atq; furorem cōtinet. item Menemachus pressuram inquit, celerimam vel acutam cum acutis febribus, & non semper iugib; Soranus vero cuius hæc sunt quæ latinizāda suscepimus. Pressuram inquit, celerem esse , vel acutā cū acutis febribus, & pulsu magno, ac tardo, atq; inani: frequētare inquit, in senibus. Siquidem aptior sit sensuum difficultati atq; demersioni ipsa quoque senectus.

Quæ sequuntur eos, qui in lethargiam venire posse noscuntur. Cap. II.

Sequuntur eos qui in lethargiā faciles, ac proni esse videntur, aliqua cōmuniā ex his quæ etiam in phrenitum fore denuntiat. Aliqua propria quæ etiam causa communi tanquā propria accipimus, ut sunt ea quæ in phreniticā venturos passionem designare præscripsimus, ut febres acutæ ac vehementes & sæpe continuæ, ac difficile ad superficiem corporis ascendentēs, capitis grauedo, vel somnus, aut dolor vehemens repente, ac sine ratione recedens, tinnitus aurii, vultus inflatio, pallor tanq; ex vinolētia & mœstudo, vel tristitia. Erit præterea tacitus is , qui natura atq; sanitatis tēpore fuerat multiloquus. Tunc piger ac non sponte initias loquelas, sed alienam prosequens suarum tacitus querelarum, aut non digna ratione referens. Multo etiam vespeli somno affectus, nec quicq; somnians, aut eorum quæ somniauerit memor . Schema iacendi frequenter supinum contra solitam consuetudinem, oscitatio iugis, extensio crurū, tanq; mox è

somno expergiscientis, pulsus etiā inæqualis post aliquādo saltus, ordinatus, aut inordinatus, & pro ætate, aut natura maior, aut tardior. Aliquando etiā in inanitatem intercapelinatus. Quod denique si in phrenitica passione contigerit, in lethargiam transituros ægrotantes significat, etenim maiorem pulsum fieri, neq; tardum neq; inanē, sed ætati ægrotantis conuenientem, speciem declinantis phreniticę passionis accipimus. Certius etiam quoties circa numerum æquales minoribus maiores saltus efficiuntur, ac velocibus & dēsis & vehementibus. Multo potius si etiam multi maiores atq; celeres fuerint. quidam attenderunt etiam naturam ægrotantis, si saliuosus semper fuit. Etenim declives atq; faciles istius modi naturæ impressuram probantur attendendā etiam consuetudinem. Aiunt vtrum ne febricitans, in pressuram venire ac demergi solebat. Ætatem quoq; vtrū ne sit media: & aëris habitum, vtrū multis hāc ingesserit passionem: & animi vel tēporum partem, vtrum autūni media. tunc enim frequentare istam passionem probauerunt.

Quomodo discernimus lethargos ab his qui similibus afficiuntur.

### Caput III.

**I**Am lethargū intelligere debemus. Est enim melius atq; certius sicut in phreniticis dicere, q; si dicas, quæ sunt signa lethargi. Vnum enim quicq; singulare, vt est pressura, vel febricula non significat lethargum, sed plurima atque sibi conuenientia, vt concursus multorum

signum faciat, indicabile lethargi. Lethargus vero sit signo indicatus, ut supra diximus. intelligentius lethargum ex obtrusione, atque hebetudine sensuum, pressura etiam, atque febre acuta siue iugi siue demissionibus intercapedinata, pulsu magno, tardo, inani, & inflato. Sine his enim neque esse intelligi lethargus potest. Nam quædam præterea alia sequentur multa, vel pauca secundum passionis magnitudinem, vel generalis temporis atque specialis differentiam. Primo igitur sequitur dubia atque somni similis pressura, & demersio, sed quam facile æger vocatus ex cutiat, interrogatus sane non statim, sed secundum respondeat. Tunc iussus, vel oscitacione persuasus, inspectioni linguam exercere, aut non id faciat, aut tardè fieri consentiat: vel cum protulerit, non reducat, aut tarde colligat. Si quid etiam manu tenuerit nescius, atque sine voluntate dimittat, & loquens, priorum obliuiscatur. Et neque enuntiationis ordinem servet, sed potius intercedat. Exprimere etiam quæ loquitur non valeat, nullo corporis attestante defectu, manus impatienter extendat attestante tremore, atque membrorum saltu. Nulla etiam siti affiliatur, sed frequenti, ac refluxu saliuam ore impleto spuere contendat. Tunc supra mentum atque stramenti sputa remaneant, ac si vrinam mittere fuerit admonitus matellam non postulet, vel si petiuerit nesciat datam. Atq; vrinam non dimittat, nisi fuerit admonitus. Hanc quoque difficulter excludat, vel paulatim & turbulentam, aut plurimam: saliuam aut exultam, & crassiorem, aliquando etiā indigestā:

## CÆLII ACVT. M O R B.

crescente passione iacendi schema supinum iuge efficitur, color plumbeus, vel liuidus vultus, ipse conductus atq; concurrentibus supercilijs caperatus, non aliter q; mœstitudine siue luctu viderimus oppressos, lapsus etiam a superioribus lecti partibus, ad inferiora, negligenter abiectis cruribus, atq; conuersis, residuo quoq; corpore non recte disposito, pulsus maior, rarus, inflatus: respiratio tardior, ac maior cum quodam gemitu, cōdūctio præcordiorū ad superiora, oppressio sensuū, & difficilis recordatio, adeo, vt nisi puncti vel inclinati fuerint, non excitentur, sed solum motis labijs leuiter, atq; cōductis rursum demergātur. Sint etiā obscuræ vocis, ac deinde si fuerint manus lacesiti, aut punctione aliqua adhortati, vel titillis, non exaudiant. Vel si quis eorum manus leuauerit, ac dimiserit, statim concidant. Ventris etiam atq; vrinæ officio cessante, adeo ut pleriq; ex passione liberati discussa pressura, vrinæ redendæ impossibilitate moriātur. At si passio in peius duxerit ægrotantem, respiratio crassescit, ita ut ista videatur palpebrarum quoq; non perfecta conclusio. Oculorum cauitas, linguæ ariditas, atq; asperitas, dētium confixio, atq; stridor, adeo, vt si quisq; velit facere eorum discretionem, non valeat, vel certe semiclauso ore ac dimisso, ita ut mentum propendens videatur, & neque manu conduci separata possint, stridore pectoris attestante, atq; immissi, vel destillati ob nutrimentum liquoris, difficilis atq; interrupta transuortatio. Pallor & saltus inferioris labij, articulorum stupor, vnguium liuor, guttur prominens, atque extans, pulsus humiliis, ac per profectū diminu-

tus, sudores frigidi, & glutinosi, vultum secus & collū, plerūq; etiam inuoluntaria vrinæ, vel ster-  
corum emissio, & spasmus, hoc est, membrorum conductio. At si ad salutaria signa æger cœperit recurrere, vt passio minui videatur, omnia supra dicta leuiora efficiuntur. Et quidam profecto in sanitatem veniūt, redditā scilicet valetudine me-  
liore. Aliqui vero alienatione mentis recedente pressura tentantur. Tunc etiam pulsus humilior,  
atq; densior fiet, aut admoniti rursum demergun-  
tur, vt cum plexæ duæ passiones videantur. Ali-  
qui deniq; è lethargo liberati absolutam phreni-  
tim incurruunt, ac deinde ad sanitatem peruererūt.

Quomodo curandi sunt lethargi.

Caput. IIII.



Vomodo & defectio animi in fe-  
bris veluti sensuum facit hebe-  
tudinem, ita mandragoram, vel al-  
tercum bibentes opprimuntur gra-  
uatione sorbili, sopori simili. Item  
alij lumbricorum adiectione deprimitur, discer-  
nenda cuncta sunt, ne vnq; similibus inducti vera  
putemus. Defectionibus igitur animi densus at-  
que paruus, & coaceruatim interiens pulsus effi-  
citur. Mandragoram vero, vel altercum bibenti-  
bus, pulsus rarus, sed plenior fiet, à lethargis ina-  
nis & inflatus. Item his qui lumbricorum vexa-  
tione afficiuntur, vel demerguntur, densus & ve-  
lox & paruus, & deficiens pulsus inuenitur. Et  
magis tempore dimissionis febris, ex accessionis  
augmēto, quantum creditur, non valent ventrē  
vel stomachum lactare, atque fellare. In dimis-  
sione vero, resumpta inhærescant visceribus su-

f.j.

## CÆLII A CVT.MORB.

prædictis, atq; ita cōsensum pressuræ ex antecedē  
tib⁹ faciūt. Sed hæc diligētius chronias passiones  
scribentes, cū de lumbricis dicemus, docebimus.

Ad Dioclem.

Cap.V.



Vidam Asclepiadis sectatores etis  
am differētias lethargorū tradūt.  
Alium enim per se dixerunt, ali-  
um ex antecedenti passione, vt  
phreniti: atq; ex ipsa venientem  
esse grauiorem. Item alium esse nouum atque re-  
centem, alium inueteratum atq; tardantē, quod  
ex numero dierum conijci dixerunt. Et alium fie-  
ri cruditatis corpore, alium inani atq; passione  
macerato. Sed nullam lethargi velut ad lethar-  
gum, differentiam tradiderunt. existimabile non  
certum probatum est liquidorum plenitudinem  
iudicare. Item Mnaseas lethargum alium strictu-  
ra effici, alium solutione dicit. Siquidem somnus  
nunc densitate, nunc laxamento corporum fi-  
at, atq; in alijs abstentias videamus officiorum na-  
turalium egestiones: in alijs vero largius ir:fluen-  
tes, adeo vt etiam inuoluntario exitu stercorum,  
sive vrinæ fundātur. Item multi nostrorum, tē-  
poribus atque magnitudine cōstare lethargi dif-  
ferentias tradiderunt. Alium enim magnum, ali-  
um paruum esse dixerunt: & alium initio, alium  
in augmento, alium in statu, alium in declinatio-  
ne, & accessione vel dimissione. Sed omnes illius  
summæ atq; generalis passionis differentias tra-  
diderunt, & non specialem lethargi. Falsum etiā  
solutione lethargum fieri, quantum intelligitur,  
atq; est lethargus. Etenim inuolūtariā egestionē  
dixerunt, in infantibus nō solutionis ratione, sed

mentis occupatione fieri. Nihil denique plusque naturae conuenit, excludunt, sed solum quod debuit etiam voluntate deponi. Tenues etiam sudores pressura fieri, non solutione intelliguntur, sed neque adiutorijs laxatiuis, sicut in adiutoriorum libris demonstrabimus. Quapropter lethargi differentias tradendas esse negamus.

Ad Praxagoram. Cap.VI.

**M**alè quidam etiam patientem in lethargo partem, caput dixerūt. ut enim de phreniticis dictū est, communiter totum corpus patitur, febricula testante: specialiter vero caput plus ob multitudinē vexationū, qbus afficit. Difficile igit̄ intra primā diatriton lethargus fieri potest, sed frequēter post ipsā: & oparet iacere in loco lucido, atque calido mediocriter. In accessione preterualla leuiter excitari, suo nomine exclamatū. Eteni iugiter titillatu, vel imp̄fōsione, ac puctōnibus hoc facere nihil aliud quod striatura eritasperare, ob inquietudinē quassationis. Dehinc probabilior atque eligēda erit quassabili, & noxia vigilātia, quodta pressura. blādo etiā articulorū fricamēto vtendū est. Est autē accessione iugis somēto caput curādū, oleo dulci, atque calido, mollibus lanis collū tegēdū. Blādioris laxamēti causa locorū capiti vicinātiū, & ob excipiēdū ex somēto, siqd ē capite fuerit lapsū. Tūc aliquando etiā elato ad lectum, translatione facta & declinante accessione oris collutio adhibenda: terminata vero, potus dandus. At si febrium continuatio fuerit, primo tempore lucis erunt media fouenda, atque dorsum lanis mollibus circumtegendū: si

f.ij.

magnitudo passionis exegerit, phlebotomia adhibenda intra primā diatriton, aut in ipsa . Dehinc si ante diatriton fuerit adhibita, sola fomentatione vtemur, atque oris collutione, & potu aqua vel mulso. atque si in ipsa diatrito phlebotomia fuerit adhibita, paululum differentes perunctionem adhibemus, atq; oris collutionē. Tūc dabim⁹ forbilem cibum ob celerem passionem. Si fastidiosus fuerit ægrotans, tanq; sanis s̄æpe cōtingit, post altum somnū, experrectis, vel si trās uorationis oblitus, aut piger, tanq; sunt sani, imminente somno declives in soporem, erit acceles randa alicuius cibi transuoratio, vt corpus relaxetur. Nam grauiore strīcta lethargi phreniticis afficiuntur. Dehinc post cibum paululum differētes, atque articulorum blanda fricatione vtentes, dormire permittimus, atque vsque ad declinatio nis tempus, alternis diebus à cibo abstinemus, permittentibus viribus, solo mulso vtentes. Si autem vires obſtiterint, etiam his diebus forbilia mediocriter damus. At si venter non fuerit solutus, clystere vtemur, oleo calido & aqua in qua decoctum sit fenugræci semen, admixto aliquādo melle . Tunc sicut in phreniticis tondendum caput atque radendū, & apposita cucurbita sacrificandum, & sanguisugis releuādum. At si media tumeant, simili curatione cucurbitæ, atque cataplasmatum vtemur, tanquam in phreniticis ordinauimus. Attēndenda etiam cætera passionū accidentia, quæ symptomata græci vocauerunt, vt ea quæ in corpore frigida fuerint mēbra, blādo tactu manibus continētes, leui cum fricatione vaporemus, sudantia citius detergamus, linguæ

asperitatem vel ariditatem spongia infusa aqua calida humectemus. Nam sepe faucium siccitate præfocationis imitamur effectum. Tunc oculos lemoris obsitos, vel lachrymantes spongia vaporabimus, atque ita dimeros excitamus. Calidus etenim tactus habet quoddam resumptionis illatæ leuamen. At si pressura perseverauerit etiam dimissionis tempore, & propterea cibi dandi difficultas occurrerit, oportet ægrotantem in pressura excitari, donec sentiat. tunc priusquam rursum demergatur, distillandum ex cochleari sorbile quiddam fauibus, atq; manu metum quod laxius propendet, subleuandum, vt infusa priusquam reuocentur, transuoratione vorentur. At si forte mutatio accessionum, atq; pressuræ fuerit facta, quod quidem raro contingit, vt in continuationibus, cibi tempus oriente luce est aptius. Utendum etiam spogiarum vaporationibus, & fomentis capitis, atq; domestica molli, ac pensili gestatione. In declinatione vero certissima, varius cibus dandus, & lauacrum sine vino adhibendum scilicet, in alia vero diatrito danda poma: tunc etiam yinum. quorum ratione ex his quæ in phreniticorum curatione sunt ordinata, accipie ð dicimus. Tunc cerotarium scarificatis partibus apponemus. Hæc est secundum Methodicos lethargorum curatio. Antiquorum vero Hippocrates, & Erasistratus, & Herophilus ad eorum curationem nihil posuerunt, sed Serapion Empiricus in primo libro quæ ad sectas scribit obscura nimium, atque pauca ordinauit, quorum nihil est dignum enarrare.

f.iii.

## CÆLII ACVT. MORB.

Ad Asclepiadem.

Cap.VII.

**D**ioclès libro quo de passionibus atq; causis earū, & curationibus scripsit, prohibet demergi lethargos, acutissimis vtens potionibus, atq; iugiter corpus defricat, adhibēs etiā sternu tamēta, quæ græci ptarmica vocauerūt: & neq; manifestans, quas vocat acutas potiones, vtrum in qualitate acutas, vt est acetum, an officio vsus, vt est celerrima transuoratio, sed vtrum elegerit, malè dictū est. Alterum enim dēsat corpus striatura laborans, alterum inflat. Item sternutamēta corpus vehementi motu concutiūt, & magis mēbranas capit is in tumore constitutas iugiter excitare, sine dubio asperatio passionis est. Peccatur etiā grauius sine ullo adiutorio caput relinquento, in quo secūdū ipsum passionis est causa.

Ad Themisonem. Cap.VIII.

**D**Raxagoras secūdō libro de curatiōnibus, in sorbilibus cibis, hoc est ptisanæ succis, semper, inquit, ægros oporteret seruari. Cū nō semp hoc cōueniat, quādo declīuis tēpore, oporet varia ciborū resumptione vires reparari, non tunc vti succo ptisanæ, sed ipsa potius. ille enim & corrūpi facilius, & inflare perspicitur. Deinde clysterē iubet adhiberi, & nō, inqt, metuēdū si remāserit, nō reddit⁹. Erat hoc verē rationis, nisi esset virtutis acrioris. Sed q̄a est acerrim⁹, atq; mor dicātis qualitatis iuxta veterū consuetudinē, quomodo sperandū est nō graui⁹ nocere q̄to plus fuerit tumētib⁹ partib⁹ immoratū! Dat etiā meracū bibere, acetū cū melle, & piperis immodica q̄tita,

te, vel pro vino, absinthium, dicens latere ignaros  
 vini dationē, & somētū adhibet pedū. sed ex his  
 omnibus nihil sperandū est vtile, sed magis incē  
 dia viscerū, vel altiorū, & veluti putredines tumē  
 tiū mēbranarū ob nimietatē feruoris. Nō enim  
 cū acrīora collyria tumētes oculos, in dolores at-  
 q̄ lachrymas plurimas cogere videam⁹, mēbra-  
 nas quoq̄ cerebri delicatas atq̄ faciles ad iniuriā  
 ob naturam sui tumētes passionis causa minime  
 ex supradictis inuri credere potest, cum singula  
 igneæ virtutis esse monstrantur. Item meracū, in  
 quit, hoc est vltra moderationē temperamenti cō  
 mixtū acetū cum melle dari & appellauit oxy-  
 meli. Nec tamē manifestauit quid sit vltra mo-  
 dum temperamenti mittendum, vtrum ne mel  
 debeat superare, an acetum, non enim adiecit a-  
 quam quoq̄ miscendam. Dehinc quam similitu-  
 dinē potest absinthium habere cum vino, vt in  
 eius vicem dandum iusserit, cum sit & hoc gene-  
 raliter acre, atq̄ densabile! Vinum vero omnibus  
 ante declinationē ægritudinis aduersum est, &  
 magis lethargis ob nimiā vehementiā passionis,  
 immoderate vero, vt ipse voluit meracum, etiam  
 sanos demergit. Ridēdum præterea quòd caput  
 patiens incuratum relinquendum putat, & fo-  
 mentum pedibus adhibendum, per venas auer-  
 tendæ materiæ traductus.

Ad Heraclidem. Cap.IX.



Sclepiades primo libro de acutis  
 passionibus scribens multa, inquit,  
 adhibenda lethargis, que phreniti-  
 cis sunt ordinata. Nititur etiam iu-  
 giter dimersos excitari sternutamē  
 f. iiiij.

## CÆLI ACVT. M. O. R. B.

tis, & odoramentis castorei, rute & aceti, & spō, dylio, & conidia, & agno, herbis: baccis etiam lauri, vel communiter, inquit, omne quod tenuare atque mouere vehementer membranas valeat cerebri. iubet etiam ea adhiberi quæ epilepticis, vel matrice prefocatis adhibuit odoranda, hoc est nam, vel capillos, aut cerui cornu, vel galbanum carbonibus imposita: & omnia quæ caput grauare valent, vel iniucunda sunt odoranti. Omnia inquit præstantius, atque operantius esse finapi tritum cum acetato admixto atque hinc caput cataplasmandum, & dandum manibus, quod excitet ægrotantem. Potum dat bis in die vel ter, & veniente nocte offert tanquam phreniticis vinum, vel eo audacius. Etenim, inquit, accedere ex vino furor in phreniticis potest: in lethargis vero nunquam. Siquidem sint omnes sensus apprehensi, atque mentis vigor oppressus. ex quibus apparet peius eum à phreniticis lethargum cæca curatione vexare. Etenim noxiūm atque perniciosum est iugiter eos excitare, si cut supra diximus. Multo autem grauius non comunitibus remedijis hoc facere, sed, ut ille putat, sternutamentis immoderate mouentibus, atque dissecantibus corpus & magis cerebri membranam, in tumore constitutam. Si enim pedes quamquam sint habitudine fortes, in tumore constituti paruo deambulationis motu facile vexātur, atq; ob iniuriam in augmenta tumoris veniunt, quomodo non membranæ cerebri in tumore constitutæ, atque viarum densitate constrictæ, magis posse moueri creduntur? Dehinc perseverare magis sternutamēti usum iubet, ut scilicet ita forte

conuenire videatur, tanq; in chronicis passionib<sup>9</sup>, moderatione interea cessante, noxius atq; vexabilis esse probetur. Extendet etiam peccatum ex castoreo atq; aceto & ruta & spodylio atq; agno herbis: & lauri baccis, & conidia. Etenim acetum acre manifeste probatur, & quod valeat membranam inurendo vexare, cum laxamento, non constrictione indigeat. alia quoq; graueolētia & quæ pressurā faciant nō solum demersis, verum etiam recte valentibus, improbatur. Hæc peccāter ex epilepticorum curatione, atq; prēfocatio-  
nis matricis transferenda iussit, cum constet etiā in ipsis adhiberi nō oportere sinapi, etiā si chro-  
nicas passiones quadā corporis nouatione exclu-  
dit: acutas autem vel celeres prouocans, in ma-  
gnitudinem tollit. Omnis enim acrimonia tumo-  
ribus incongrua. Nam & temporaliter quidem  
æger omnis tanq; adustus igne cōsurget, sed rur-  
sum grauius opprimetur. Oportet etiam secun-  
dum eius præcepta manente capillatura aliquod  
cataplasma apponere. Et propterea nō parui tē-  
poris vexatione membranam afficere. Nam ton-  
suram noxiā phreniticis probat. His etiam le-  
thargos similiter curandos existimat, quo fiet ut  
etiam in ipsis tonsurā prohibuisse videatur. Nō  
enim in illis materiæ post tonsuram ascēsus ve-  
xabiliter caput poterit onerare, in lethargis vero  
id minime facere: quæ si tanq; vexabilis, exclu-  
denda est, multo magis sinapi excludendum.  
Adducit enim ad semet materiam sicut inflatæ  
atque in ruborē deductæ eius appositione par-  
tes demonstrant. Nanq; adductam tenendo co-  
git, & viarum perficit densitatem. Dehinc odore

## CÆLII ACVT. MOR.

penetrando membranas inurit, & tanq̄ acre col-  
lyrium oculos, sic mentes inflamat. Quomo-  
do etiam fricare manibus sinapi lethargos po-  
test cum sensib⁹ ac mente captus esse videatur.  
Atq; ita odoramentorum tempus tacuit, & so-  
lam materiā nominauit. Hoc quidem etiam de-  
dando potu fecisse perspicitur, dicens : quoties  
detur temporū tacita disciplina, vinum etiam  
lethargis est incōgruum nulla declinatione pa-  
sionis firmata. Simile est enim ebrios ac vinolē-  
tia madentes vino oportere uti tanq̄ congruē  
superdato, in quibus periculum spasmī fore ne-  
mo sapiens negat. At iste importunius verò le-  
thargis probandum existimat, sperans vini fu-  
rorem sub oppressione passiōis posse latere, ve-  
hementer enim curandum putat occultare no-  
xia quam prohiberi. miseriores igitur lethargis  
phrenitici iudicandi, & experimētorum proba-  
tioni subiecti, nāq; etiam in lethargis demersio-  
nis aucta vexatio ex vini efficitur potu. siquidē  
spiratio alia ac conductus corporis atq; raptus  
adueniat, & celerrime mortis sequatur effectus.  
Themison libris acutarum vel celerum passio-  
num rectē cætera ordinauit, sed iubet obscuro in-  
laco haberi lethargos. etenim, inquit, lux apta  
non est, siquidem moueat atque turbet corpora,  
& non sufficient spiramenta turbationis com-  
motæ congruam exhalationem præbere. Qua-  
propter etiam sani in luce dormientes grauan-  
tur, quorum maxime hi qui sole dormierūt ve-  
xari noscuntur. Non aduertens quod omnis te-  
nebrosus aer constringit. Lethargica autem pa-  
siū nullo alio magis quam strictura cognosci-

tur, quam necesse est augeri ob solis densitatem. Sub sole autem dormientes grauari etiam nos asserimus, sed ob contrarietatem afficientium causarum. Lux enim solis atque vapor relaxat, econtrario somnus astringit. Dehinc lethargia grauis atque perniciosa esse passio perspicitur. Somnus autem naturale est officium. Item sol grauat caput, lux autem quam lethargicis adhibemus tectorum sub tegmine nullo vapore lucifaci solis augetur, neque splendore radiorum perfusum corpus grauiter afficitur ægrotantis. iubet etiam parua per interualla eorum faucibus insinuari liquorem, quod preter tempus faciens ardorem illum, cuius causa id adhiberi existimat, augere potius quam minuere videtur. At si venter strictus fuerit, aloës iubet dari apponendum triobolū, hoc est, dimidiā drachmam, cum aqua ante cibum, prodesse inquit prius quam passio augeatur. Siquidē multa quæ ad caput ex corpore concurrunt detrahentur. Soranus vero qui normarum regulis methodum restituit, noxiā esse inquit istius modi potionem. Forstitan enim ob nimiam stricturam retineatur, & non solum nihil egerat, verum etiam ipsa remaneat. Credibile autem ad eius pigmenti in stomacho effectum sensum, accurrere materiam, ac deinde ad caput recurrere, quod per vias stomacho vicinū & mēbranas ad rapiēda quæ sunt summa facultate aptissimum ob tumoris feruorem, dehinc grauius augeri peccatum videmus, cum ante cibum hoc medicamen dari iubet. Adiectus enim cibus necessario corrūpitur, manente adhuc in ore aloë. Corruptio autē cibi vexat ea

quæ se circumplexa sunt, attrahens deinde ma-  
teriam à capite. Attrahit etiam eius nutrimentum . Non enim ratione quadam tacita veluti  
animal sentiens poterit medicamē animalia re-  
linquere, & ab his quæ contra naturam sunt de-  
trahenda separare. nutrimenta igitur propria de-  
perdere dubium nō est, cum vi medicaminis de-  
trahuntur. Post tertiū diem sternutamento vti-  
tur, cum ipse prohibuerit lucido in loco ægro-  
tos iacere , siquidem moueantur atq; turbentur  
liquida & spiritus . sed vtique multo vehemen-  
tius sternutamēta cōmouere posse perspicimus.  
Dehinc quatuor inquit, vel quinq; dies, declinā-  
te accessione si nihil obstiterit, vltra muros pro-  
ducendus ægrotās, & vscq; ad viginti, vel trigin-  
ta stadia gestatiōe mouēdus. Quo tempore ex-  
citare etiam cōuenit, atq; sternutamento & ace-  
ti cum sinapi odoramento vti, vel cataplasmati-  
bus, & hoc per totam passionem faciendū pro-  
bat. Sed omnino lucem inquit, recusandū, tanq;  
cōmobilem corporis , cum sit grauior in sinapi  
vel gestationis motu, commotio. Iners etiā atq;  
vana intentio dierum numerus atq; modus sta-  
diorum circa gestationē adhibēdam. Addo etiā  
immodicum motum esse stadiorum triginta pe-  
tricitanti. quod etiam considerans sinapi proba-  
uerit adhibendum, ratione caret. Vtrum ne tu-  
morem senserit in membrana? sed hæc acrimo-  
nia necessario densatur: an verò sensuum torpē-  
tium mouendorum causa ? sed iamdudū lucem  
ne commoueat recusauit. Postea inquit, radendū  
sequenti die, duabus ante accessionem horis, ser-  
uatis cataplasmatibus pane & aqua, & oleo ro-

faceo, & lini semine, cum posca: vel polenta cum fœnugrœco, & aqua mulsa vsum dissimilium castaplasmatum permiscens. Etenim mulsum atq; fœnugræcum relaxant atq; mitigant tumentia: oleum verò rosaceum, atq; acetū, vel alica constringunt. Et propterea in augmento tumores supertendūt. Intemperaliter etiam vtitur catastimatibus, quū ante duas horas accessionis vēturæ adhiberi iubet, & sit eo tempore requies adhibenda. Dehinc inquit si vehementer fuerit oppressus ægrotans, vt neq; dimissionis tempore eum valeamus excitare, si præcordia mollia senserimus atque vocem nō istā obtusam, fricationibus corpus calefaciemus. Tunc frigida caput fomentamus coaceruatim, atq; iugiter & quodā percussū vt altius à capite demissa veniant fomenta. Tunc ad balnea ægrotantem ducemus, vt densitatem frigoris relaxemus. Hoc igitur vexationum perdendæ salutis magnitudinem vehementer excedit: quod enim passio cresce re facit (hoc est torporem sensuum) hoc etiam frigida fomentatio cogit augeri. quò fieri vt si forte temporaliter quisquam ægrotantium raptu quodam erroris frigidè excitetur, vehementius tamen accessionis tempore opprimatur, sicut & ipse eodem in libro nescius cōfittetur. Dehinc affectas stationem sensuum emouere fomento frigidè, videndum est, vtrū ne in accessione id fieri eligat, aut in dimissione. Sed si in augmēto, ecōtrarium aduersum est etiā naturale lauacrum. Sin verò dimissionis tempore, feriuntur ea quæ dimissionis ratione indulgentia quadam tenues vias agnouerant. Præterea post frigidam allutio-

nem, balneum sanos quoq; incōmodat implens  
do caput. Quid igitur prodest frigidæ ablutio,  
quæ stationem atque torporem viarum exclus  
dere putatur, si necessario magis densitas acqui  
sita ægrotantem opprimere perspicitur? Ita cor  
puscula quorum statione viarum obstruktionē fa  
ctam existimat, facile vtique transire vel resilire  
possunt, si capacitas exitū dederit, in quam ve  
nisse, vel ex qua exisse videntur. Huic autem rei  
perficiendæ frigida repugnat: densat enim atq;  
conducit vias: fatetur sane neq; se hoc vti adiu  
torio cum sit melius, quanquam nominare quod  
sit metuat: etenim inimicum, & neq; ipsius do  
gmati conueniens esse probatur. Heraclides Ta  
rentinus primo libro de internis passionib<sup>9</sup> pro  
ponens lethargos fieri multitudine cruditatis, &  
crassitudine humoris, adhibet clysteres: quibus  
etiam admiscet aquam in qua etiam centauriū  
fuerit decoctum, vel absinthium. Dat etiam bi  
bere castoreum, & aquam falsam, & epithymū,  
os ægrotantium distenderis sensim, hæc infun  
dit guttatum, quæ in os labuntur, decurrentia.  
Caput autem posca fouet, in qua fuerit laurus  
decocta, & ruta, raris quoq; capillis vngit casto  
reo, vel spondylio & aceto, cum oleo veteri, &  
ex pollinibus adhibet cataplasma quod appella  
mus omen lysin ex posca & absinthio & nitro  
vel cantabro ex aceto. Dehinc sinapi cum ace  
to, & fico, & iisdem clysteribus post rasuram ca  
pitis vtitur. Dat etiam & radices masticandas  
ex sinapi, vel pipere apophlegmatismum pro  
uocat. Vtitur etiam balanis, si clystere ventrem  
mouere non valuerit, & omne corpus aceto &

oleo perungi iubet, sternutamentis commouet  
& odoramentis castorei & spondyli ex aceto  
acri resolutis. Sed si ex humorū acrimonia fue-  
rit ægritudo confecta, aquam dulcem potare  
ægrum iubet, ac deinde vinum. Post hæc, acetū  
cum melle, ob virium tutelam adhibendam pro-  
bat. Tunc viscum tenue dat anseris, vel per-  
dicis aut gallinæ & per profectum oryzæ suc-  
cū, vel ptisanæ ex ordeo, tunc panē cū radicib⁹  
fluxis ac mollib⁹, vel cappare, dehinc cū pisci-  
lis. sic enim quasi acceptis his lethargicos iuuan-  
dos existimat, cum omnimodo tumentia acrio-  
ribus virtutib⁹ accensa grauentur. Hoc est cly-  
steribus supradictis atque potionibus, & infu-  
sionibus & perunctionibus & odoramentis &  
fomentis, & apophlegmatismis & vini dationi-  
bus intemporalibus, & cibis acrioribus & indi-  
gestilibus, & radicibus, & cappare, & viscello  
innutribili, arque corruptibili. In quos errores ce-  
ciderit nobilis videlicet empiricus, claret cum li-  
quidarum materiarum causas attendit, & neq;̄  
tempora neque quantitatis modum dare per-  
spexit, sine quibus solas materias nominauit, nō  
adiutoria constituit. Alia quoque multa varia  
opinatione composuit quæ non imprincipaliter  
dicenda suscepit, sed expugnanda, quæ ab alijs  
posita videbantur adiecit. Quæ propter fasti-  
dium prolixitatis tacenda melius existimo-  
quippe cum ex his quæ narrabim⁹ prætermisso-  
rum conijci varietas possit.

## CÆLII ACVT. M O R B.

De apprehensione vel oppressis, quos Græci cataleptos appellant. Cap. X.



Icina atq; similis est lethargiæ passio, quam Græci catalepsin appellant, nos apprehensionem vel oppressionem vocare poterimus, de qua nunc dicemus. Nomen igitur ab accidenti sumpsit, sed Hippocrates libro suo sentētiarū, & Diocles libro prognostico hāc passionem aphoniam appellavit. Praxagoras secūdo libro peregrinarū passionum cathoden appellavit. Item Antigenes Cleophātinus libro quem de febribus & tumoribus scripsit, anaudiam vocavit. Asclepiades libro quē de periodicis febribus scripsit, catalepsin appellavit, atq; plenum corpus scripturæ composuit, quo constat errasse Philippum libro quo de ipsa passione scripsit, appellās cathocham, hoc modo: passionē, inquit quam appellamus cathochā. Veteres etiā medici hāc passionem non tacuerunt, sed facile, scuti etiā nunc plurimi, lethargiam esse senserunt. Alij horum successores pauci quidē Asclepiadis sectatores, hanc passionem à lethargo discriuerunt, & nomine adiecto catalepsim vocauerunt. Evidem nihil ei nouitatis ascrubentes, quod propriū passionis videretur, sed omnia cōmunia quæ etiam de lethargo dixerūt. Sed neq; alius quisquam hanc passionem cognouit usq; ad Methodicorū tempora. nā ex nostris primus Magnus eius argumenta constituit, atque mox Agathinus, dehinc Archigenes, qui plurimum passionem à cæteris discernendo separauit. Sed neq; proprium nomen passioni omnes vnum

posuerunt. Praxagoras eam cathoden appellauit. Neq; si quisq; nomen passionis dedit prim<sup>o</sup>, etiam eius signa recte agnouisse probatur. Neq; asclepiadis sectatores soli catalepsin vocauerūt, verum etiam & ipse Asclepiades aliā dixit esse passionem, quām lethargiam, sed cū hoc solum præciperet, nouum non dedit nomen. Nunc ne supradicta omnia simplicia atque nuda posuisse videamur ipsas quoq; significatiōes singulorum prosequemur. Hippocrates ait repente voce casptos quos aphonos appellavit, fieri venarū causa, quum spiritum sumpserint. Multos denique talia prosequentur, rubor vultus, atq; oculorum statio sine villa palpebratiōe, manuum neglecta atq; distensa abiectio, dentium stridor & membrorum saltus, ac muscularū, quibus buccæ colligantur, conductio, quos appellant siagonitas, articulorum frigus, quum spiritus inuaserit venas. Item Diocles ait, defectiuas febres tutas, atque innoxias esse frequentius, q; sunt continua, quanq; & in his periclitentur, qui in accessionibus apprehensi conticescunt, vel raptu quodam alterno per membra tentātur cum suprà dictis signis: quod s̄æpe (inquit) est accidens pueris. Itē Praxagoras ait esse quasdā febres ex anno duo, decimo usque ad sextūdecimū vel septimūdecimū, quæ quadā priuata pernicie mortis habent effectum. Atq; id in seruis magis q; in liberis evenire, sed excesso dierum numero passiōes fiant, catochē vehementes, ut etiā voce capiātur ægrotantes. Horū aliquos etiam lethargos fieri. Deniq; inquit, de catocha passiōe quidā liberati, ac deinde sanitatis creduli plurimū quicq; sumē-

g.j.

## CÆ LII A C V T. M O R B.

tes, repente in morte venerunt. Hos deniq; plurimus modo sequitur somnus, atq; febriū instauratio, & cætera quæ corpus passione habitari de mostrent. Item Archigenes ait esse difficiles etiā periodicos typos, horum difficiliores esse tertias nos, in quib⁹ quotidianæ accessiones fiant, sed alterna diei interpositione, suæ similitudini respōdeat. Quando in accessione vehemens occurrit oppressio, & appellavit rhigos. Difficilis inquit etiā quotidianis diebus in accessiones sibi similes fiant, & in accessione egrotates supra dicta patientur. Dehinc progrediēs paululū idem dixit periodicos typos non esse perniciosos, sicut supra dictū est, sed horum esse molestos, quib⁹ accessionis tempore pressuræ vehementes adueniunt, & quodā nubilo corpus demergitur, quod item rhigos vocavit, sed hoc, inquit, est accidens magis tertianis, aliquando etiam quotidianis, qui similibus respondeant accessionib⁹. Item Asclepiades ait quotidianū perseverantem nō sine periculo esse, atq; multos ex eo in aliū morbū induit, hoc est, corporis defluxionē, aut hydropē venire, & quicquid potest per corporis debilitatem accedere. Apud Rhomā vero inquit frequētare aduertimus has febres cū corporis atq; mentis oppressione, in similitudine lethargiæ quæ secundo vel tertio in statu accessionis constitutæ statim recalefacto corpore vel cessante vehemētia, in resumptionē atq; resurrectionē mediocrē reuocant egrotates. At si leui figmēto cessaerint semel, apprehēso egro nullā resurrectionem dabūt, sed in sudores & respirationem celerē, in pulsum febricitatē occidūt. Item similia de his

scribit, & nō semel, sed frequēter, dicens certa ra-  
tione mētis apprehensionē typorū in accessio-  
nibus fieri, atq; hoc apud Rhomam frequētare,  
dans etiā causas, quibus hæc singula sīat. Item  
Chrysipp⁹ particulariter signa passiōis percurrit  
futuræ & præsentis, vel in peius eūtis. Discemit  
etiam ab lethargo & alia plurima, & varia dige-  
rit. Quibus ita se habētibus, erit indignum tan-  
ta dissensioē conscriptæ passionis eorum cuiq;  
ascribere firmitatē. Quippe cū cæterarū etiam  
passiōnū omnibus cognitarū aliqui plurima ac-  
cidētia atq; signa, aliqui pauca cōscripterint, nec  
quisq; vera significatiōe finierit. hæc sunt quæ p-  
pter eos qui specialiter istā passionē perniciōsam  
dixerūt ponēda credidim⁹. Quod etiāsi lateret  
in partib⁹ periculū methodicis afferebat, qui ge-  
neralib⁹ cōgruas passionibus posuerūt curatio-  
nes etiam quibus particulariter latentia curen-  
tur. Sciēdū igitur quia hæc passiō ex ijsdē cau-  
sis antecedentib⁹ fiet, quib⁹ aliæ quoq; passiōes  
efficiūt, indigestiōne, vinolētia, carnali cibo, &  
horum similibus rebus cuius hæc sunt quæ no-  
stra mediocritas latinizāda existimauit, se vidis-  
se plurimos memorat ex intēporali cibo vel plu-  
rimo persicorū, ista oppressos passione, sed non  
inquit necessariā precedentū causarum differē-  
tiā, in curationibus prēuidere. Siquidē præsen-  
tia sint à methodicis intuenda, sic etiā super di-  
cit tēporis attēdere frequētiā, quōd autūnō tē-  
pore hæc passiō magis irruat corporibus, atq; in  
puerilib⁹ frequēter ætatib⁹. Itē sexus caufa mu-  
lierib⁹, & humorosis, & vacuis corporib⁹, & eda-  
cib⁹ hominib⁹, vel post ægritudinē resumptiōis

g.ij.

## CÆLII A C V T. M O R B.

tempore inordinate atq; impatienter agé tibus.  
Præterea omni febriculæ hæc passio irruere po-  
test: siue cōtinuis siue dimissionib<sup>9</sup> intercapedi-  
natis, hemitritaicis etiam febribus, vel quotidia-  
nis, & tertianis, & quartanis, quāq; rara atq; fræ-  
quens secundū febriū fiat qualitatem. Hinc etiā  
grauis vel leuis pro earum magnitudine fieri in-  
telligatur, frequentius tamen quotidianis acces-  
sionibus, vel tertianis accessionibus ægrotantes  
ista passiōe afficiūtur, & propterea diuturnis ac-  
cessionibus admoniti tertianis similitudinē ser-  
uant ad typum quotidianum, sed omniū earum  
febrium grauius, quoties cum articulorum frigi-  
do torpore fuerit qualitas: leuius, quoties tremo-  
re ægrotantes afficiūtur. Item magis ac magis  
leuius quoties sine his quæ supra diximus, solo  
feruore initium febres accipiunt. Sequentur au-  
tem eos qui in passionem venire meditātur alia  
communia cum lethargo, ut segnities & tardus  
corporis mot<sup>9</sup>, vel nulla querela ex his quæ ægro-  
tantes afficiunt, hoc est tacita sui laboris relatio,  
& veluti somn<sup>9</sup> ultra modum prolixus, vel gra-  
uis: item alloquentib<sup>9</sup> nobis eius tarda respon-  
sio. propria autē sunt quæ in propriā passionem  
venturi patiūtur, ut est generū rubor plurimus,  
sine febrium leuigatione, saliuarum fluor, pulsus  
erectio atq; plenitudo, ventris retentio, aut coa-  
ceruata atque fluxa effusio. Eos vero qui sint in  
passiōe iā constituti, sequitur schema iacēdi iu-  
giter supinū, colli distentio, generū rubor, febris,  
vocis amputatio, sensuū torpor atq; hebetudo,  
palpebrarū distatia, & infixa atq; immobilis in-  
tentio luminū tanq; quicq; intēto obtutu cupien-

tiū, aut boū ceruicis repētino motu cadentiū. Se-  
quitur etiā lachrymatio tanq̄ sentientiū atq; do-  
lentiū, saltus latenter commouens musculos, qui  
buccas colligant, quos siagonitas appellant. Mo-  
uens etiā labia & supercilia & digitos atq; ma-  
nus, singultus creber ac resonans, pulsus celsior,  
humectus, plenus, vehemens retentio ventris, &  
neq; extenta recolligūt membra, neq; conducta  
distendunt. Ventris inflatio aliquib⁹ tanq̄ ex vē-  
to magis ac magis circa stomachi sensionem, ali-  
quibus tanq̄ ex humore, vel cibo cū sonitu inte-  
stinorum. Dentiū concubitus, hoc est cōfixio ve-  
hementis. Aliquādo etiā stridor, & cū statū sum-  
pserit accessio, horum recessus adeo, vt sit quædā  
interiecta distantia. Oris hiscens atq; dimissa he-  
betudo, cum plurimū saliuarum fluore per eius  
obliqua foras decurrit, nūc attestāte sonitu trās-  
uoratur. Discurrit etiā si quid fuerit liquoris in-  
fusum, aut inuito ægrotāte percipitur. Itē labia  
sæpiissime cōducētes cōtrahētēsq; & tāq̄ i mœ-  
stitudine cōstituti suspirat. Atq; ita si ante ocu-  
los eorū quisq; digitos circū moueat palpebrāt  
ægrotantes, & suo obtutu manū traiectionē  
sequuntur. Vel si quicq; profecerint etiā toto ob-  
tutu cōuerso attendūt, & inclamati respicientes  
lachrymatur, nihil dicentes, sed volentiū respon-  
dere vultū simulātes, odoramētis admotis iucū-  
dis delectātur, atq; iugi adducto sp̄iramēto. Odo-  
rib⁹ autē tetris delectationē non accōmodant,  
sed aduersa volūtate eorū fugiūt putorē. dulcia  
atq; amara sentiūt, si eorū linguaꝝ fuerint admo-  
ta. Itē perpuncti sentiunt, vel si eorū manū quis  
extēderit, hāc recolligūt, vel laceſſiti horrefūt,

g.iij.

## CÆLII ACVT. MORB.

& eorū vultus in rubore florescit. Cū sudore sepius plurimo atq; feruēti, & in dimissiōe syncretati p̄pinquantes rursum admonētur. At si ad peiora passio fuerit deuoluta, feruor plurimus corporis in superficie magis sentitur spiratio, oculorū cōuersio, menti quoq; fixa cōditio, manuū cōtract⁹, & musculorū qui buccas colligāt tanq; ridentiū, sudor igneus, & quibusdam in thorace atq; vultu emergētes discolores, vel stātes in rotunditate maculę in similitudine scatebrarū corporis, quos Græci ionthos vocāt, & ē magnitudine repētinus casus, gutturis stridor, quē Græci rhogmō vocāt, torpor frigid⁹, & albid⁹ vult⁹, & in ultimo effatio, atq; vitæ periculū. alij vero in phreniticā, aut lethargicā passionē reciderūt, si scuti & ipsæ passiones in semet per temporum motū venire cōsueuerūt. His igit̄ qui in phreniticā passionē ex ista deueniūt, pulsus sensim minuitur, atq; densatur, & oculorū fixus obtutus mutatur, atq; mobilis efficitur, leuiter etiā tanq; in somno murmurātes nō recta secū loquuntur, & incerto motu, atq; tardo, suas trāfferūt manus, vel digitos cōplicat. Qui autē in lethargicā passionē deueniūt, inari afficiūt pulsū, atq; tardo, & eorū palpebræ conducūt, & in torpore sensuum, vel hebetudine perseverant. Qui autē in declinationē passiōis deueniūt, plurima, vel parua accidēte humiditate releuātur, quibusdā accedentibus signis. Nam plerisq; plurimo per intestina exeunte vento, vel mucilēto humore, vt stercore, vētris subsedit inflatio: alij vero humore plurimo, atq; crasso, pfecta dentiū distantia ex ore detracto loquuti sūt, & alij sapiētes qui.

dēm sed cōcīsis sermonib⁹, alij iugibus. Proprie  
igitur passionē supra dictā, hoc eit, catalepticā,  
siue catochā, vt Gr̄eci appellāt, designant febres  
acutæ, vocis silentiū, sensuū hebetudo, pulsus ma-  
gnus, ac vehemēs, & plenus, & humect⁹, & oculorū stans atq; fixus obtutus. Est autē passio ce-  
leris, atq; acuta, etiā si in chronias venerit febres.  
& est magna, atq; strictura & raptu corporis,  
quē Gr̄eci spasmon vocāt, sicer perspicitur, nisi p-  
immodicū fluxū diaphoreticus tanq; in cardiacis  
fuerit effectus. Huic igitur similis est lethargia,  
apoplexia, stomachica passio, in febribus vocis  
ingerēs silentiū. Itē animi defectio per nimiā ie-  
iunitatē & matricis prefocatio, & lūbricis vocis  
depressio, de qua capite de lūbricis scribētes me-  
morabim⁹. De alijs vero leuiter, atq; coacte nūc  
discretionem ponemus. Namq; lethargicis maior  
quidē pulsus, sed tardus, atq; inanis inuenitur, &  
palpebrarū conclusio. Catalepticis autē pulsus  
maior, sed plenus, atq; celer, & vehemens inueni-  
tur, palpebrarum attestante distantia. Item apo-  
plecticis paruus, celerrim⁹, durus, ac sine febrib⁹  
pulsus inuenitur. Siquidem hæc repente accidat.  
item stomachicis qui nimietate etiam voce ca-  
piuntur, pulsus paruus, & imbecillis inuenitur  
cum stomachi solutione, vel tumore manife-  
stus apparente, & frigido torpore, qui sequi-  
tur post oppressionem factam, & non antece-  
denti febricula cucurrit, sicut in catalepticis.  
Item stomachici intelliguntur ex eo quod iam  
frequenter fuerint admoniti passione, & pro-  
pterea typorum tenuerunt tarditatem, quibus  
accessiones lōgo interuallo respondeant. Item à  
g. iiiij.

## CÆLI ACVT. M O R B.

ſeiunitate, vel abſtinētia defectu, ſiue ex capitib⁹  
cauſa quā Græci ſcotosin vocāt, demersi viden-  
tur. diſcernuntur hoc modo q̄ primū oculos ha-  
beant diſtentos, dentium concadente iunctione,  
arreſtāte pulſu paruo, atq; ibecillo: ita ut aliquā-  
do interire videatur cū frigido torpore. Sed hæc  
& cito circuſcribūt, & is qui patitur facile reſur-  
git. Nam ſi perſeuerauerint catalepticā paſſione  
deſignat. Itē nō aliter facile reſumere perſpiciū-  
tur, hi qui odore carbonū, vel vnguētorū ſenſuū  
oppreſſione vel torpore afficiūt. Itē matricis  
prefocatiōe oppreſſae diſcernūt, primo q̄ ipſa  
matrix ſe ſuſtollat, atq; ſupra umbilicū, vel ven-  
trem extans videatur. Antecedente querela ea-  
rum partiū ante oppreſſionis tempus. Aliquādo  
etī longis atque ſolutis accessionibus admoneri  
egrotātes inueniūt, cū pulſu paruo, celeri, imbe-  
cillo. His etī collū latius fiet cū palpebrarū co-  
cluſione, atq; frigido corporis torpore, ex dupli-  
ci tertiana cofectis. In vehementiore accessionē ſi-  
militer alternis respōdēte dieb⁹ lethargica fuifſe  
oppreſſi paſſiōe, & veluti cōplexu eatū fuifſe, ac-  
ceſſionib⁹ demōstrādo lethargicū ſimul atq; ca-  
talepticū eſſe cofirmat, egrotantem nō aliter q̄  
ſunt ex typorū cōplexione in vna atq; eadē egri-  
tudine repēte. hæc ſunt quæ intelligēda paſſiōe  
atq; à ſimilib⁹ diſcernenda poſuimus.

Quomodo curandi ſunt hac paſſione labo-  
rantes.

Cap. XI.

Ehinc ob curationem adhibēdam,  
oportet egrotantē iacere ſicut ſtri-  
ctura laborantes ſæpe docuimus,  
adhibita abſtinētia, pro viriū qua-  
litate, atq; foſmēto ex oleo dulci, &



calido capiti & medianis partibus. Sed prætactis membris, quæ frigido mortis torpore afficiuntur, calefactionibus etiā adhibitis cum obuolutione atq; modica strictione ex lanis effecta. Item ori, vel faucibus sensim infundendus humor, vel mulsum illis temporibus quibus alias passiones curātes docuimus. Clyster etiam simplex adhibēdus, si ventris cessauerit officium, in declinatione vero, vel dimissione os ægrotantis sensim distendimus, atq; hiscere tentabimus. Alijs item dimissiōnibus cataplasma medijs adhibemus partibus, & clunibus, ob abstinentiam vrinæ soluēdam. Item ceruici, vel maioribus neruis quos tenōtas appellant, & musculis qui buccas colligant, quos siagōtas vocant, iniectione parua olei per clysterē uti mur, & cucurbitæ appositione nūc simplici, nūc scarificatione adiecta, ob singultum & tumorem ventris atq; stomachi. Tūc vaporationes spōgia rum, atq; cerotaria releuatis partibus medijs caput tondemus, atq; apposita cucurbita, ex quib⁹ nihil in catalepticis inuenitur. præterea scarificamus occipitium, & tempora, vel cogentibus causis alia quoq; capitī loca, si qua potuerint cucurbitæ appositionē accipere. Tūc fomēto utimur olei atq; embasin toto adhibemus corpori, ac opis etiam leuioribus vtentes, quæ mitius neruorum faciant laxamētum. Tunc post punctionē, cibum dabimus declinationis tempore varium, atq; bibilem, vt ouum sorbile, cerebrum, olus qđ non sit virtutis acrioris, & magis nutritiale. De hinc adhibemus lauacrum sine ullo cibo, qui inse habeat vini qualitatem. Tunc proficiēti egrōto pomorum quicq; damus, vt sicum recentem,

## CÆLII ACVT. MOR.

vel pyrum ex melle . tunc mulsum vel aquam.  
atq; completo sanitatis officio & depulsis omni  
bus quæ passionis recursum fore sollicitant,dabi  
mus vinum tenue, leue,sicut salutaribus præce  
ptis docuimus.

Quomodo aliarum sectarum principes  
istam curauerunt passionem.

Caput. X I I.

**M**ulti aliarū sectarum principes,quos  
inter etiam Chrysippus scribens de  
catalepticis in vltima parte libri eti  
am catocham nominauit , sed in his  
qui mediocriter tardasse,in eadē paſ  
sione inueniuntur,acrioribus vtitur vnctionibus,  
ob stuporem articulorum,vel tremorem,hoc est  
cyprino admixto pipere,& nitro, & fomēto ex  
aqua salsa concoctis sulfure & bitumine.Dehinc  
perunget vnctione,quā appellauit tripticen,quā  
cōficiēdā dixit ex calamo aromatico,schoeno,ca  
chry,pyrethro,irino,manna,singulorum partib<sup>9</sup>  
oleo admixtis,atq; contritis,sed hæc nos ob acri  
moniam reprobamus.Siquidem sit passio celeris  
atq; acuta,etiam sicut iandudū tardantibus atq;  
inueteratis febribus irruerit, quippè cū chroniæ  
febres ista passiōe necessario in superpositionem  
veniant,quam græcè epithesin vocāt,quæ simi  
lis fiet necessario acutis passionibus , & ob hoc  
mitigationē depositat.Prohibemus etiam supra  
dictis rationibus vnctionem ex illo liquore arti  
culis adhibendam , vel ex eo quicquam potan  
dum,aut cibo admiscendum,item sternutamen  
ta,vel rasuram capitis, aut articulorum sinapis  
num , aut supponenda podici acria collyria ob

prouocandum ventrem, quæ appellauit balanos. Item diagridium atque castoreum & omnia grauabilia fomenta, ex quibus tumor magis augetur, & soporifera pressura geminatur. His etiam compęcauit Themison libris quos periodicos dixit, adhuc quidem in iuuentute constitutus, nec dum Asclepiades in libris suis eos discreuerat. Ait enim si iam tardantibus atque insidentibus febribus apprehensiones, vel oppressiones aduenerint sensuum, atque in accessione vocis silentium fecerint, cæteris ut supra diximus similiter adhibitis ante accessionem tribus, vel quattuor horis seruatis, si venter non fluit, diagridij obolum, cum tribus vel quatuor obolis castorei dabimus cum aqua, occipitum atq; tempora capitis inūgentes thapsia quā nos ferulaginem dicimus, aqua contrita, ut quendam sensum atque leuationem mediocrem per corporis faciat superficiem. Cibos etiam inquit dandos solidiores, nisi præcordia fuerint in tumore constituta: quod si obstiterit, bibulos dabimus cibos. Nec dum quidem ait prouidens, quia etiam si in alijs partibus tumores fuerint corporis, sorbiles interea cibi conueniunt. Siquidem laxamentum passio depositat, quam necessario accendet, atque erigit thapsia magnificum tumorem. Est etiam castoreum acre inueteratae qualitatis causa, sicut omnis caro reposita. Prohibemus propterea obdentium faciendā distantiam immittendos violenter cuneos. etenim ex his cōmotæ partes atq; quassatae asperat tumētia. Quāobrem dentium cōcasus vehementior fiet, cū magis sit inutile: ac necessariū in tensione partibus cōstitutis, requie-

## CÆLII ACVT. MORB.

adhibere, ut declinationis tempore, vel potius di-  
missionibus laxatis musculis, sine vlla vi digitis  
immissis dentium facilius distantiam faciamus.  
Nocent etiam succi frigidi, ut hederæ fomen-  
tatæ atq; capiti impositæ. Etenim tumores con-  
stringunt, & passionis asperat motum. Et si qua  
bis fuerint genere similia, sicuti in lethargicis cō-  
tra seṭtarum principes scribentes docuimus, pro-  
hibemus. Est autem impro prium atq; loco carēs  
nimium frigidis vti fomentis, in declinationibus  
vero calidis, atq; feruentibus iusta imitatione re-  
centium vulnerum. In his enim priusquam tu-  
mor emerserit, frigida probantur, sed omnis sen-  
sum pressura, vel apprehensio in ista passione tu-  
moris esse perspicitur, vel hoc præcedentes super-  
fieri. Hæc sunt quæ de catalepticis sua potentia  
Soranus ordinauit.

De pleuritica passione. Cap. XIII.

**P**leuritis à parte corporis quæ ma-  
gis patitur nomen sumpfit, latus  
enim ipsa passione vexatur, quod  
græci pleuron vocauerunt, fit autē  
ex varijs antecedentibus causis, vt  
ceteræ passiones: magis tamē pro-  
funda perfrictione, aut violentia, aut usu vene-  
reo, plurimo nimis potu, indigestione continua,  
aut percussu vehementi, aut pōderis magna sub-  
vectione, vel cursu vehementi: sed nec secundum  
has differentias differens erit adhibenda curatio.  
Vna est enim atq; eadem passio, ex qualibet ve-  
niens causa, quæ vna atq; eadem indigeat cura-  
tione. Hanc definiens primo de adiutorijs libro  
Aristoteles sic tradendam credidit. Pleuritis (in-

quit ) est liquidæ materiæ coctio , siue densatio. Nec tamen differuit vtrum ne totius, quod falsis simum: siquidem phlebotomati ægrotantes liqui dum sanguinem reddant, an vero particulæ, sed cum hoc tacuit, non promisit. Mitto etiam oculorum suffusionem nihil aliud esse, q̄ liquoris coeuntis densitatem, nec tamen pleuritum. item Apollonius qui appellatus est Mys volumine vice simooctauo , quem de secta Herophili conscripsit: Pleuritis (inquit) est cōmuniter passio temporalis, atq; celeris, secundum laterum membranas quas hypezocotas vocant, atq; inter earum carnē: aliquando etiam in pulmonis partibus sepiissime sine tumore , vel ex solis causis effecta. Propriè autem tumorem secundum supradictas membranas vel carnem laterib⁹ interiectam: aliquādo etiam pulmonis partem, sed in vtrac⁹ difinitione peccauit. Primo enim sunt prolixæ atque narrabiles . Secundo plurima alia prætermisit, nam necessario passioni febris non est. Correptum autem atq; usurpatū dicimus in pulmonē passionē posse constitui, sicut ex consequentiis docebimus. Itē Asclepiades libro diffinitiōnum, Pleuritum dicit esse humoris fluorem, temporis parui atq; celerem interiorē lateris partiū cum febre atq; tumore, sed erat melius tumorē dicere atq; humoris fluorem. Etenim quoties ex complexa passione conficitur, tumorem perspicimus superare. Est igitur secundum Soranū pleuritis dolor vehemens interiorum lateris partium cum febribus acutis, & tussicula, qua variæ qualitatis liquor excluditur . frequentat autem hæc passio in masculis q̄ in fœminis, atq; in senibus

## CÆLII ACV T. M O R B.

magis q̄ iuuenibus . Tussiculosa enim atq; frigida senilis est ætas, quo intelligimus profecto hāc passionē pueros difficultet incurrere: frequentat etiā hyberno magis q̄ autūni tempore, quo hysmi vicinatur. Æstate vero difficulter occurrit. Est præterea passio acuta, atq; celeris & vehemens, & aliquando sola ex stricatura confecta. Aliquando admixta solutione ob plurimum tussiculę liquorem. Etenim ventris defluxio non implet in pleuriticis signorū concursum, sed magnitudinē passionis docet. Quapropter ex his solū dicim⁹ agnoscendā, quæ supra memorauimus. Alia vero concurrunt plurima, atq; differētia pro passionis magnitudine, ac temporū mutatione, quæ quia prætermittenda non sunt, prosequamur.

Quæ consequuntur Pleuriticos. Cap. XIII.

**R**osequetur in passione constitutos acuta febricula, dolor cum tussicula lateris vehemens, atq; vscq; ad iugulum, & palam eiusdem partis perueniens, quibusdam etiam brachiū tangens, & pectus atq; ilium, & est stimulosus, ac pulsus, & igneus, iugis aut intercapelinatus, seruato ordine aut confuso, & infixus atq; perseuerans ijsdem locis aut mobilis, & recurrens atque mutabilis cum suspirio, & difficiili spiratione, quā græci Λύσπνοιαμ̄ vocant, attestante tussicula, aliquibus arida, frequenter tamen cum liquidis excrementis & primo spumosis, dehinc sanguinolētis, ita fellosis, ac inde saniosis. sequit̄ etiā ægros supra id latus iacendi difficultas, atq; cum se supra contrarium latus verterint, dolor, vt adduci sentiant suo pondere euidentia tumentium par-

tium viscera, sequentur etiam vigilię atque siccitas, & asperitas linguæ, peiorante passione augētur omnia supra dicta. Addit etiam articulorum frigidus torpor, genarum rubor, oculorum sanguineus color, ventris fluor spumosus, ac felleus. Vrinnæ quoque frequens, atque paulatim albida egestio, pulsus densior, celer, fortis, & veluti fluctuans, & suo percussu pressuram significans, spiratio etiam circumdolens, atq; frequens, & obtusa, vultus & thoracis roscida humectatio, mētis alienatio, gutturis stridor, vel sonitus interius resonans aut sibilans in ea parte quæ patitur. Acceptorum etiam per vomitum recursio, & iacendi negata, atque displicens omnis positio, sputa facile siccantia, & magis saliuosis ea quæ fuerint contra naturā, vel in densitatem coacta. Etenim spumosa sanguinis in qualitatem transeunt, sanguinolenta in liuorem: Item fellea, eruginosa, atque prasina, vel nigra efficiunt, saniosa, fœculenta, vel fumosa & odore grauia & inæqualia, mustato etiam sæpe ordine suæ egestionis, itē post felleam, vel saniosam qualitatem in sanguineam transeunt, vel quamlibet coloris varietatem. Tumoris etiam vehementia luctante alia in soliditatem coguntur, alia in nigredinem veniunt, offeruoris vñsturam. Aliqua ruptis vasculis funduntur, quapropter ea neque saniosa qualitas, post sanguinea perseverat, sed spumosa rursum fiet cum singulas per partes tumor quatiens liquida spiritu turbato spumosam sufficit qualitatem. In ultimo autem cogente periculo celerrima si et spiratio, & præcordiorum suspensa adductio, pulsus inordinatus, aut deficiens, aut deserens

## CÆLII ACVT. M Ø R B.

in his quæ in peripneumonicam passionem, aut apostema transire noscuntur . At si ipsa fuerint leuigata,singula mitescunt, & vētris egestio coagulatur,aut fellea carebit qualitate,& per tussi culā exclusa saniosa minime in sanguinolēta redeūt.Discernēdū etiā quæ sint sputa saniosa,& quæ sit sanies. Nam saniosa iam mitescens tu moris,atq; declinantis solutione esse probantur. Sanies vero ex apostemate quod etiam vomicā dicere poterim<sup>9</sup>,vel certe ex vlcere probatur venire.Discernit autē exercita inuētione.hoc est colore,& substantia,& odore.frequēter enim tri odoris est sanies. Item saniosa admixtione a quæ facile soluuntur.Sanies autem difficile,dolum vero peiorem, alij dexterī lateris probat ob pulmonis vicinitatem ; alij sinistri vicinātis cordis causa forsitan.Et quia frequētius sinistra dextris debiliora videntur.Item pleuritis,nunc eodē tempore febriculæ concurrit , nunc superuenit, nunc antecedit,cessante febricula perseuerat.

Quomodo intelligimus pleuriticam passionem in peripneumonicam transiunt,aut in vomicam videntem. Cap. X V.

**T**elligimus eos qui in augmento pleuriticæ constituti passionis prōni atq; faciles,in peripneumonicam videntur,quum ceteris omnibus piorantibus signis atq; in magnitudinem extensis solus dolor minuitur, atq; iacendi positio ex parte facilior ac leuior supina ēgro fuit visa,auctō genarum rubore.Conductu etiam superciliorum è medio vehemēter tanq; in mo-

stitudine constitutus articulorum attestante fer-  
uore. Eos etiam qui in yomicam transeunt intel-  
ligimus ex eo, q̄ dolor infixus eodem permane-  
at loco, accedente tussicula arida, atq̄ tremore ty-  
pico, & inordinato, spirationē diffīcili, quam grā-  
ce dyspnœan vocant, cum dolore leuiore & pul-  
su denso.

Quis locus in pleuriticis patitur.

Caput X V I.



Vælitum etiā est à veteribus quis  
in pleuriticis locus patiatur, &  
quidam pulmonem pati dixerūt,  
vt Euriphon, Euenor, Praxagoras,  
Herophilus, Philotimus. Itē qui-  
dam hypozœota membranam quæ latera, &  
interiora cingit, vt Diocles, Erasistratus, Asclepia-  
des, & eorum plurimi sectatores. Horum primi  
aiunt non esse in lateribus tumorem, quum neq̄  
extantia vlla eaurum partium inspectione sentia-  
tur, neque rubor, nec motu, nec tactu, dolor acu-  
tus vel fortis tanquam manifestis tumoribus: ac-  
cedit etiam quòd facile supra id latus quod pa-  
titur, iacere possint ægrotantes, supra aliud verò  
quod passione liberum videtur, si se iactauerint,  
difficultas spirationis accedat, siquidem nunc su-  
stentatę pulmonis partes iaceant: nunc veluti pē-  
dere sentiantur. Dehinc etiam tussicula signum  
est ex accendentibus consequēs fibrarum pulmo-  
nis esudati corporis liquoris, siue canna guttu-  
ris, singula etiam & tussita de pulmone venire  
manifestum est, qui neque venis, neque arterijs,  
neq̄ fibris contiguus, vel admixtus esse lateri vi-  
deatur, vt per ipsum latera accepta excludi pos-  
h.j.

## CÆ LII AC VT. MORB.

se credamus . Vnde igitur dolores? nunquid ne pulmonis sensibiles partes in passione constitutæ causa sunt ? an vero eius tumore latera vicinantia comprimuntur, & propterea dextrarum fibrarum tumor dextri lateris dolorem facit : si nistrarum sinistri? Sed in peripneumonicis totus tumet pulmo, nec ullus tamen sequitur dolor. Sed huic quidem sententiæ contrarij aiunt propter ea neque ruborem, neque extantiam , vel dolorem ægrotantes consequi , siquidem in alto tumor esse videatur . quòd autem supra patiens latus quosdam iacere prohibet, alios vero contra, mitescendo releuat , illa causa est, quòd incumbendo obiectu straminum pressa materia refugiat, atq; ex partibus quæ patientur, ad sanas partes rediens, dolorem non faciat . At vero partibus non patientibus expressa, atq; fugata se patientibus impariens, & has distendens, dolorem facit. Tussicula vero fiet cum patientibus hypozocoti membranæ vicinis ; atque contiguis partibus. Et tussita itidem sputa per pulmonem ferruntur, siquidem in ipsum veniant ex vicinis accepta per vias mente sensas , quas logotheoros appellat, sicuti & in vomicis contingit, quam frequenter ad externas partes verticem faciant, vel fracto latere sanguinolenta excludantur sputa . Nam profecto insensibilis omnis est pulmo, debuit igitur nullus fieri dolor. Sed si ex oppressione hypozocotis membranæ ex pulmone vicino tumente dolor fiet, debuit magis ægrotans tunc dolere, quoties iacuerit in latus. siquidem tunc magis incumbens opprimit pulmo, dehinc etiam peripneumonicos dolere oportuit. Si enim

ex parte tumens pulmo dolorem facit , magis omnis in tumore constitutus facere debuit . Partitur itaque hypozocos membrana , & propterea dolorem vehementem facit . Siquidem sit nervosa atque lateribus infixa . Hinc denique quoties tumore densatur , ossibus vicinibus abstenta ire latius prohibetur , & eorum conuersione naturali quatitur motu , atque acuti doloris accipit causas . Item spirationum thoracis adducti spiritus vicinitate pulsata insistentabiles dolores facit . Manifesta nanque conjectura est , quod ipsa patiatur . Siquidem tumoris augmento collectionem in pleuriticis faciat , & exipientibus saepe ægrotis nigra inueniatur . Hos denique venenatos quidam vocauerunt : igitur pleuriticam videntes passionem , non simplicem lateris dolorem , verum etiam febre acuta attestante totum corpus pati videamus . Etenim febres totius corporis sunt , plus tamen pati hypozocota membranam recte dicimus , siquidem sint in ipsa dolores constituti .

**Quæ sunt similia pleuriticæ passioni . Et quomodo internoscuntur .**

### Caput XVII.

**S**imilia pleuriticæ passioni dicuntur , dolor lateris , collectio in eius medio constituta . Item vomica , quam græci empyma vocant . Suspirium siue spiratio difficilis , quā ijdem dyspnœam vocant . Item cum ad nares catarrhus , quem vocant coryzan , & anhelatio . Siquidem supradictis tussicula , atque spiratio difficilis adiuncta esse videatur , & febricula , & dolores ac-

h.ij.

## CÆLII ACVT.MOR.B.

cedentes pleuriticam passionem fingant. Sed dis-  
cerni atq; internosci suis proprietatib<sup>9</sup> possunt.  
Nam dolor lateris etiam sine febre plerūque est,  
& longo tempore perseverat : vel quoties celer  
est, sine varietate sputorum, vel excrementorum  
esse perspicitur. in pleuriticis vero dolor acutus,  
cum febribus acutis, & sputis supradictis inueni-  
tur. Itē ab empyicis hoc est vomicosis, siue col-  
lectione laborantibus discernitur pleuritis, quod  
febres noxiæ atque acutæ & inordinatæ in pleu-  
riticis inueniantur. Vomicosis vero vel collectio-  
ne laborantibus antecedente corporis horrore  
frigido, atque dolore pungenti eodem tempore  
hoc est quo in vomicam transeunt ægrotantes  
sputa sequentur, quæ antea nulla fuerant, re-  
iecto prius pure coaceruato in latere collectio-  
nis causa. Laterum quoque veluti conuersio-  
nem sentiunt. Aliquando etiam sub ipsis extans,  
vel prominens collectio sentitur. In pleuriticis  
vero febricula ex initio vehemens. Atque sputa  
contra naturam, & varia reperiuntur. Item ab  
spiratione difficiili, & ortopnoea & catarrho quæ  
supra diximus ad nares fieri, & anhela-  
tione, celeritate discernitur, & febri  
atque dolore, siquidem illa tar-  
da sint, & sine febribus,  
aliquando etiam sine  
dolore.

Quomodo curandi sunt pleuritici.

Caput. XVIII.



Acere pleuriticos conuenit molibus stramentis, loco lucido, atque calido, & mediocriter amplo, scemate quo se melius ac facilius haberi peruiderint, adhibita requie, & cibi abstinentia usque tertium diem accessionis tempore, vigilantia cum articulorum tenaci, blandaque defricatione manuum calidarum. Vaporanda etiam quae sunt in dolore constituta calidis pannis, & cum accessio statum sumpserit, lanis limpidis, ex oleo dulci calido, expressis contegenda. Adhibenda fomentatio lenis capiti, atque inguinibus & sub umbilico locis ex eodem oleo similiter calido & magis quando fuerint indulgentia corporis releuati ægrotantes. Sin minus, addenda etiam cataplasmata ex polline atque lini semine, & fœnugreci cum aqua, & oleo cocta. Tunc oris collutione, & potus aquæ calidæ moderate quidem ne plurima liquoris humectatio sputorū prouocet fluorē. Tunc somno dimittendus ægrotans. At si veter influxit, posterit somnus ante dimissionē permittente hoc est declinante accessione prohibitis accersiri, scilicet laxatiuis cataplasmatibus. Sed si dolor vehemens fuerit, phlebotomiā conuenit adhibere, si nullus ventris fuerit fluor intra tertium diē. Sin vero fuerit adiuncta ventris solutio, in ipsa diatrito erit phlebotomia adhibēda, ut prædiscere possimus, utru sit perseverans, atque superior strictura magis solutio, saepe enim concurrēs ventris solutioni sanguinis detractio, ægrotanti nouissimam intulit

h.ijj.

defectionem, quapropter perspiciendum vtrum  
vsque ad dimissionem accessionis fluor ventris  
perseueret, vel eius meatio mordicationem quan-  
dam faciat podici, vel intestinis, suspecta etenim  
habenda est istiusmodi defluxio, atque ita adhi-  
benda phlebotomia, sed ex alio brachio, quod  
fuerit dolenti lateri contrariū, certæ rationis cau-  
sa quam sœpe memorauimus. Tunc post medio  
crē sanguinis missionē quæ magis cōiicienda est  
ex cōiunctione q̄q̄ leuissimæ solutiōis, quiēscere  
permittimus ægrotātem, atq; resumptum laxa-  
tiua perunctione curari, oris etiam adhibita fo-  
mentatione, digesto scilicet adiutorij turbore da-  
bimus sorbilem cibum ex oleo dulci confectionum  
siue melle, ne liquidorū prouocētur sputa impor-  
tunitate temporis, hoc est initio, siue augmento  
passionis, dabimus etiā pultem calidā atq; madidam  
sine sale, vel panē ex aqua calida: sed si ven-  
ter influxerit, pultē dabimus crassiorem, sed cali-  
dam, siquidem tumentes prius partes incurrat,  
tunc post cibum somno dimittimus ægrotantes  
vsq; ad solitum accessionis tempus, quæ cū fue-  
rit effecta, erunt adhibenda quæ supra memora-  
uimus congrua. Adhibēdus etiā cucurbitæ leuis-  
simus raptus. Sed cū statū cæperit accessio, adie-  
cta etiā scarificatione: cū ad dimissionē declinā-  
do peruererit, tunc spongiarū vaporatio atque  
cataplasmata laxatiua frequenti mutatione no-  
uata, sed si ventris fuerit fluor, erit quidē his vtē  
dum ob tumorem, siquidē immutabilis dolor au-  
geat liquidorum defluxionem, vigiliarum atque  
corruptæ digestionis causa initiandi sunt, igitur  
ægrotantes plantaginis succo reficiuntur. Et ali-

quando simplici , aliquando admixta acacia, aut  
ptisanæ succo , quo sit p̄æcoctus mali puni-  
ci cortex , vel myrti , aut agrestis celsæ coma,  
quam rubum vocant, aut rosa, vel galla, & his si-  
milia. Etenim alia queq; nimiiū constrictiæ vir-  
tutis, vel multorum admixtione cōposita, in mo-  
dica densatione maiores membranarū fieri pro-  
uocant necessario tumores, quos passionis nequi-  
tia & tardare faciles, & adiutorijs medicinalib;  
cedere difficiles facit, adiuncta scilicet solutione.  
Quare cum prolixiores fieri viderimus dimissio-  
nes, clystere vtemur, solutione cessante. Cataplas-  
matibus autē & cucurbitæ scarificatione, cū do-  
loris fuerit dimissio. At si solut<sup>9</sup> fuerit aut leuiga-  
tus dolor, vt ordinem accessionum seruans, ma-  
gnitudine tamen minutus esse videatur, urgente  
etiam solutione, injectione vtemur supradicta  
prohibita scilicet vaporatione atque cataplasma-  
tibus submotis, & scarificatione supra dicta, ap-  
ponentes palmulas quas patetos vocant contri-  
tas, atque pannis calidis, potum dabimus calidū  
quidem, sed omnino paucissimum, vt neq; liquo-  
re plurimo sputorum, vel ventris augeatur deflu-  
xio , & tempore quodam tumentia mitigentur.  
Omne etenim frigus tussiculam cōmouet. De-  
inde denique pulicula, sed constrictior, vel panis  
ex aqua calida diligenti infusione atque innova-  
tione calidæ elutus , & expressus , vt suæ den-  
sitatris positu elentescat. At si iugi vexatione tu-  
ssiculæ, atque conatu frequenti eruptio venulæ  
sanguinem per os emitti coegerit, dabimus plan-  
taginem dimissionis tempore, oleris vice māden-  
dam . Etenim in accessione omne quod datum

h.iiiij.

## CÆLII A C V T. M O R B.

fuerit, corrūpi atq; aescere necesse est, olera præcipue, dabimus etiam decoctorum aquam cydoniorum. At si in ipsa accessione id facere coacti sumus insidente periculo dabimus poscam. Tūc in dimissione cibum, vt liquori soliditas accedit. Alicam ex aqua calida, in qua fuerint præcoctæ palmulæ Thebaicæ, vel mala cydonia, vt eorum frigore sanguinis fluor teneatur, feruore vero tussicula leniatur. Erit præterea si vires ægrotantis permiserint, alternis diebus danus cibus donec passio declinet. At si imbecillitas coegerit etiam ante declinationis tempus erit quotidie nutriendus ægrotans. In statu vero mitescientibus atque segnescientibus sputis, & nullis irruentibus nouis saniosæ etiam qualitatibus effectis sine ventris fluore, conuenit post cataplasmata atque vaporationem ante cibum dare bibendum mulsum diebus duobus, vel tribus. Etenim tussiculam mitigat, & spirationem facilem facit, liquidorum tenacitatem laxat, & eas partes ex quibus sputa feruntur, depurgat. cibum dabimus forbilem ex melle, atque halicam, vel filiginis panem & amyolum, aut ptisanam, aut panem ex mulso, aut ovum hapalum. declinante passione, si aliqua fuerit sputorum difficultas, ob debilitatem virium, vel liquidorum crassitudinem, erit fœnugræci succus admiscendus melli hoc genere confectus. Duobus diebus erit fœnugræci semen infundendum, sed frequenti mutatione aqua innouanda, præfusa scilicet anteriore. Tunc donec colo rirescat aqua coquenda, & eliquata admixta melle, ægro supra dicta moderatione bibēda.

Potest etiam ipsum fœnugræci semē tritum cū melle lambere, vel lini semen assatum, melli admixtum, vel vitellum oui assati nucleis recentibus cōtritum, atq; decocto melli admixtum, vel simul omnia, admixtis etiam amaris amygdalis. Tunc conuenit vario iam cibo ægrotantem reficere pulrib<sup>9</sup>, ouis hapalis, vel cerebro porcino, aut hœdino, aut agnino, coctis cum sale modo, vel pede porcino i p̄tisana decocto, aut molli gallinaceo pullo, vel colubinaceo. Tūc post tres vel quatuor dies solutis febrib<sup>9</sup> adhibendū, lauacrum sed à vino téperādū. illis quoq; partib<sup>9</sup>, quæ dolore tanguntur cerotaria ponēda ex oleo dulci, vel cyprino confecta admixto fœnugræci polline, vel meliloto tuso atq; creto admixtis etiam lipibus. Utendū quoq; medicamine quod dia testaron vocant, cera, resina terebinthina, iri illyrica, pice, æquis ponderibus. Dehinc post vnum vel duos adhibendum lauacrum, & dandum vi num, apponendum malagma, quod diachylon vocant, vel diamna. Hæc ratio secundum Soranum curationis antiquorum vero Erasistratus & Herophilus de pleuriticis nihil dixerunt.

## Ad Hippocratem. Cap. XIX.



Ippocrates volumine, quo de p̄tisana scripsit, ad pleuriticos curandos hæc ait. Lateris dolor siue ex initio effectus, siue supernatus principio vaporis erit curatione tentādus, in qua meliorem probamus, ex aqua calida in ventriculo, vel vesica constitutū, hunc ad modum, vel in æneo vasculo siue testeō, supposito

## CÆLII ACVT. MOR.

quolibet stramine molli , ne quassatio fiat locorum, scilicet qui in dolore sunt. Probat etiā spongiam mollem, magnam, ex fetuēti aqua expressam, atque inuolutam tunc apponendam, circūtectus, inquit, enim atque inclusus vapor plurimo tempore perseverat. Admouenda etiam tāquam odoramentum ori , vel naribus ægrotantis ut spiramento adduēta, suo ingressu laxamētum partibus administret. Utendū inquit etiam bono aceto, miti, macerato, & calefacto, & celeriter facello inclusō: tunc apposito siue cantabro eodem genere feruefacto, vel aridæ atq; siccæ vaporationes adhibendæ: ut sunt ex sale, siue milio frixo in facellis laneis aptissime appositæ, etenim lene atq; conducibile est milium, soluet nanc; naturali quadam mollitudine illos dolores, qui iugulum in ipsis passionibus pulsant. Nō aliter etiam illos qui has partes pulsauerint soluit. At si dolor vaporationib; minime fuerit mitigatus, vel abscessus, nō oportet plurimo tēpore in hac perseverare curatione. Etenim pulmonem vaporatio siccatur, atq; purulentum fieri cogit, sed si doloris significatio ad iugulum vel ad brachium tetenderit cum grauedine, yt etiam pectus vel mamillam tangere videatur: oportet in brachio venam diuidi, sed in eo, ex quo multa fieri detractio possit, donec plurimum rubrior sanguis excludatur, vel cum rubro limpido liuidus. Vtraq; inquit enim eueniunt. Sed si sub pectori fuerit dolor: & ad iugulum non tetenderit, emolliendus est venter, aut helleboro nigro: aut peplio nigro, admixto dauco, vel seseli, aut cumino, siue aniso. Vel aliud quodcumque trans-

quillum admiscendum putat id est portulacā' vel peplij succum præstare, quæ enim admisce' mus sibi similigenia. Hæc sunt quæ supra diximus. Deducit autem melius ventrem helleborū nigrum, quam deducit peplion. peplios autem helleboro nigro ventositatem melius tollit, per podicem prouocatam. Hæc denique vtraque dolorem soluunt. mitigant etiam alia plurima. Hæc sunt, inquit, deduentia siue detrahentia per effusionem, summa, quæ ipse sciui atque posui, quæ etiam in sorbilibus dantur, deductoria quæ non satis sunt insuauia, aut amaritudinis causa, aut alia qualibet, ut copiæ, vel coloris. Ptisanam igitur quādo medicamen biberit statim superbibere nihil minus à congrua est ratione, vel quātum accipere consueuerit, dehinc paulatim inter ventris deductionem nouerit forbenda, sed quando humorum declinauerit exitus, tunc modicum forbeat ægrotas, vel quantum consueuit. dehinc detractio perseverare debet, donec dolor cesseret: vel nihil contrariū occurrat. Hæc mihi (inquit) ratio est, & in succo vsus ptisanæ. etenim dixit melius esse statim forbendi initium sumere, & in omnibus magis ventris antecedentibus deductionibus sumendo. ergo est initium forbendi tertia, vel quarta, vel quinta, vel sexta, vel septima die, nisi intra id tempus fuerit ægritudo præiudicata. Hæc sunt quæ in primis partibus libri ordinavit. Alias quoque passiones curans, in ultima scripturæ parte rursum peripneumoniam atq; pleuritum curans, hæc ait: In peripneumonico, & pleuritico oportet inspicere utrum ne acuta febricula, atq; dolores alterius,

## CÆLI AC VT. MORB.

vel vtriusq; sint lateris. Et vtrum ascendētē sp̄itu dolor admoneat, & tussicula vel sputa fuerint abundātia, flaua, vel liuida ac tenuia, vel spuma, vel florida, aut alia qualibet qualitate à supra dictis differentia, sic agi oportet, vt si dolor pungens, penetrans ad iugulum, vel cinctum vel brachia tetenderit, venam incidamus in qua cūq; parte facilior fuerit visa, detractionis autē modus conueniens secundum corporis habitudinē atq; temporis, ætatis, vel regionis cōsiderationē accipitur, plurimā enim detractionem ostendit celer atq; acutus dolor, quæ vscq; ad animi defēctionem erit facienda. Tunc clyster adhibendus si inferius thorace fuerit dolor, & plurimū ægrotans distenderit ventrē: sed medio tempore purgationis hoc est quo vētris officium cessat, nihil (inquit) accipiendum, sed post perfectam effusionem mulsum ex aceto exhiberi iubet, quod oxymeli vocant. Item quartanum typum mediceamine curans, tribus alijs diebus adhibendum clysterem probat, & si passio fuerit releuata, tūc inquit purgatione vtendum. Precauendū etiam monet, donec dies septem intacti febribus trāsigant ægrotantes. Tūc (inquit) tutò succum dabimus tenerum, atq; paruum. At si facilius ageare cœperit sputa, attestante spiratione meliore, & sine ullo dolore, atq; vt supra dictū est cessante febricula, paulatim crassiore, ac plurimo & bis in die vtendum precipit succo: sin vero facile hæc fuerint releuata, leni potu, atque sorbili vtemur cibo, hoc est succo paruo & semel in die tempore scilicet quo leuius æger habuerit. Atq; id intelligi vrinæ inquit inspectione. Tunc dan-

dum sorbile quidem, nec prius tamē quam vri-  
na, atq; sputa visa fuerint mitiora. Sed si medi-  
catus plurima excluderit, necessario paruum at-  
que tenuem dabim⁹ cibum. Nō enim potest in-  
anitate, somno, vel plena affici digestione, neque  
passionis atq; naturæ conflictus sustinere, quos  
Græci Crises appellant. Sed cum corporis deflu-  
xio tenuem fecerit ægrotantem, retentione ces-  
sante (qua naturali vigore corporis nutrimenta  
tardantur) succorum nihil valebit retinere. Intel-  
ligimus autem mitiora sputa, quando sunt simi-  
lia. Item vrina cum fuerit rubrior vini similitu-  
dine, nihil etiam (inquit) prohibet doloribus late-  
ris adhibere tepores, atq; cerotaria, & vñctionē  
crurum & clunium pingui atq; calido oleo fre-  
quentare. Præcordia verò semine lini cataplas-  
mare vscq; ad papillas. His Soran⁹ respodēs ait:  
In calefactionibus acres esse sales, ac necessario  
tumorem prouocare, febrem accendere. Poscam  
etiam constringere, & stricturam passionis auge-  
re. Item miliū frixum graueolens & nidorosum  
atq; capitī graue, maxime acute febricitantiū  
esse perspicimus. spogijs etiam erat melius quē-  
quam in dimissione patientes partes vaporare,  
atq; oleo calido pfundere. Est præterea ipropriū,  
ac sine ratione, tunc vti phlebotomo, quoties ad  
superiora dolor tetēderit: prohibere autem quo-  
ties ad inferiora descenderit. Oportet ergo sub  
hoc argumento neq; difficultate tumorum im-  
peditos phlebotomare: neq; etiam podagricos.  
Siquidem interiora tumere videātur, sed necessa-  
rio quoties dolor ad superiora tetēderit, phlebo-  
tomiā adhibendā videmus. Siquidem sēpe peio-

## CÆLII ACVT. M O R B.

rante ventris fluore, hoc adiutorij genus prohibetur. Necq; etiam (vt ait) oportet interiorē venam diuidi. Siquidem & exteriori & media diuisa, corpora releuentur. quippe quum econtrario interiore prohibeant propter magnitudinem, ne tumor augeatur. Item sanguinis mutatio iners est detractionis moderationi, sicuti de adiutorijs scribentes demonstrabimus. sese deniq; idem Hippocrates impugnat in consequētibus dicens vscq; ad animi defectum faciendam detractionem. Quod magis vehementer est nocens, siquidem sit periculosa defectio, & neq; sit temporaliter defectionis causa, sensu carens ægrotans, dolore releuatus, videbitur (quū resumptus fuerit) rursum dolere. Quum magis atq; magis eiusdem magnitudinis passionis debilia corpora vehementius afficiant. Item purgatiua medicamina (quæ Græci ηθαρτινæ vocant) acri moniæ causa stomachum tumentem atq; hypezocota membranā acuunt, in tumorem & in periculum ventris effusionem prouocantia magnificam passionis ingerunt vehementiam. Nutrire etiam cibo post medicamen nō oportebat. pugnat enim purgationi faciundæ illatum cibi nutrimentum. Quippe quum medicamine corruptum, officijs sui careat viribus. mitto etiam quòd ex initio acescere facile ptisanę succ<sup>o</sup> perspiciatur. Confectus quippe ex ordei succo qui sit digestione difficilis. Dehinc ægrotantis corpus non valeat tantum sustinere nutrimentum, quantum sanitatis tempore solitum videbatur. Item mulsum ex aceto (quod oxymeli appellavit) sine discretione accipimus. Est etiam immo-

dica vsque ad septimum diem cibi abstinentia, quam custodiendam ordinauit. Quippe cu nulus vehementiam passionis sustinere valeat, nisi nutrimento quanuis paruo toleratus: & neque in declinatione passionis aliquid humanius cibo largiatur, sed in ijsdem forbilibus perseuerādum existimat succis. At cum fuerint sputa segniora, tunc (existimat) erit primo æger nutriendus, quomodo necessario hæc declinante passione occurunt intolerato. In cæteris relinquendum temporibus ægrotantem apertissime indicavit, quum semper plurimum vtilitatis adjutorium cibi, quæm cætera possunt adjutoria, largiantur. Omne etiam corpus erit vncione coquandum, & non eius particula, quippe cum totum cibo nutriatur, ipsa quoque vncio non exercita anxietatem ingerit ægrotantiæ, qua latenter difficultatem, atq; accessione veniente corpus prouocat incendium.

Ad Dioclem.

Cap. XX.



Iocles etiam similiter phlebotemat ægrotantes, eadem discrezione adhibita. Purgat etiam catharticis medicamentis. Quapropter eadem dignus accusatione iudicatur. Cibum vero iuuenibus undecima die dandū statuit, sed æstatis tempore elixum magis & frigidum. Hyemis vero assūm atq; feruentem. Est enim summæ peritiæ in ordinandis qualitatib; non passionum genera sed tempora hyemis vel æstatis attendere, scilicet ut æstate tumore labentes, frigido cibo nutriti altiora percutiant.



Raxagoras signa docens futuræ  
pleuritidis præcauendū iubet, dā-  
do bibēdum piper cum mulso ex  
aceto, vel abrotanum, aut absin-  
thium. phlebotomat etiam nō vl-  
tra quintum diem, sed eos qui nō  
perfrictionē incurrerint neq; frigido tempore,  
& neq; senes neq; debiles corpore ante egritudi-  
nem fuisse videātur, omnia inquit corpore curā-  
da, & fame magis vtendum, dandū bibere mul-  
sum ex aceto, aliquādo etiam hyssopo admixto.  
item succum ptisanæ sorbilem, si celerius, quar-  
ta die: si tardius, sexta: atq; ex illo quotidie: item  
celerius senibus, atq; à sanitate debilibus, dehinc  
vsc; ad septimum diem ventrem emolliendum  
iubet, & vunctionib; vtendum pauide persuadet,  
atq; respirationē inquit intuendam vtrum sit ca-  
lida & odoris tetri. Quibus autē redundantia est  
humorum in venis, exceptis senibus, & à sanita-  
te debilib;, helleboro nigro purgādos existimat.  
Item deponendos secunda vel tertia die ægro-  
tantes in aquam calidam iubet, vel vtribus eos  
calefacere, fouendo crura donec dolor exclu-  
tur. Hic verò etiam non futuram pleuritim ex  
his quæ ordinat, efficit. Omnia enim constricti-  
ua, atq; acria esse videntur, vt mulsum ex aceto,  
& piper & absinthium, quæ necessario tumo-  
res accendent. Eo maxime tempore quo etiam  
aqua sumpta ī qualitatē deuenit fellis, ob nimiū  
in alto feruorē, dehic phlebotomari oportet etiā  
eos, qui ex frigore incurrisse videntur, & eos qui  
senilibus annis videntur affecti. Non enim ne-

cessario debiles esse probantur. Quapropter etiā illis qui in sanitate corporis debilitate videbātur affecti. Exigit enim magnitudo passiōis adiutoriū. Purgatiua vero medicamina quę cathartica appellantur, prērumpūt corpus, atq; solicitā eidem passioni solutionē prouocant. Item fames tantum noxia q̄tum refectione cōmoda. Nūquid igitur sexta die cibum iudicamus dandum? Longa est enim ieiunitas & neq; semper quarta die, s̄epe enim etiam tertia die caput implet. fit autem hoc ex aromatibus. de hinc calidæ aquæ somētatio importuna est, & frigescere facit ægotantes.

Ad Asclepiadēm. Cap. XXII.

**A**sclepiades secundo volumine celerum, vel acutarum passionū, pleuriticos phlebotomat, prēdicens pri mo ab his, quæ locis consistūt vel cōmorātur, vtrum regio adiutoriū phlebotomiæ permittat adhiberi. se enim vidis se testatur apud Ahenas atq; urbem Romā phlebotomia vexatos, vel pei acceptos esse pleuriticos. In Pario verò atq; Hellespōto resumptos ac realeuatos. Prohibet propterea sitim atq; clysterem vel ante cibum bibere, & si (inquit) oportuet deducendi ventris causa, adhibendū semel vel secundo clysterem. Potum dat magis ac plurimum mulsum, aliquādo etiam & rutā & hyssopum cum malo. Nocere inquit radicem herbæ, quam Græci phlomon vocant, quapropter omnino dandam negat, vel certè semel dādam ubi dolor coegerit. Cibū inquit dandum præcauta secunda die, siquidē alternis admoneātur dieb: & quarta, siquidem grauior sit, quinta: tertia (in-

i.j.

## GÆ LII A C V T. M O R B.

quit) die dabimus succū, & vt s̄epe sufficiens se-  
mel probauimus dandum. At si plus defecerint,  
nutriendos etiam post accessionem quintæ diei  
permittimus, declinante passiōe vīnum damus,  
& varium cibum. Huic Soranus occurrens ait,  
semper phlebotomādos pleuriticos, strīctura co-  
gente, & apud Romam deniq; nos (inquit) vte-  
mur phlebotomo, nulla regionū discretionē con-  
fusi. Etenim quārēdūm vtrum Asclepiades pro-  
prietate regionis noceri suspicatur eos qui fue-  
rint in eodem phlebotomi pleuritici: An vero  
proprietate passionis, ex quibus si primum pu-  
sat, hoc est, regionum proprietate, vexari om-  
nes oportuit, nō solum pleuriticos, verum etiam  
synanchicos, & qui fuerint phlebotomati, cura-  
ti, & epilepticos etiam, quos phlebotomandos  
imperat aptissime. At si secundum, hoc est pro-  
prietate passiōis vexari putat, nō apud Rhomā  
solū phlebotomatos pleuriticos, sed in omni re-  
gione noceri debuit indicare. Clysterem vero re-  
tē prohibet propter acrimoniam, sed non rectē  
semel vel secundo adhiberi permittit. Multo enī  
melius est omnino innoxium quicq; quām leui-  
ter nocens. Hinc etiam phlomi herbæ radicem  
tanq; natura noxiā reprobans rectē semel ad-  
hiberi, vbi dolor coegerit. Dehinc omni ex parte  
ratione caret, prohibere clystres tanq; augētes  
incendia, & rutā, vel hyssopū adhiberi, quæ sunt  
vehementius ardentia, ob suæ qualitatis acrimo-  
niam. Item mala atq; caduca intentione confir-  
mat circa quartum diem cibum dandum gene-  
raliter, ac necessario quintum diem seruandum.  
His enim qui iugib; afficiuntur febribus, quo-

ties initium ex die sumpserint, quarta die necessario dandus est cibus. Nō aliter qui maiore he mitrițeo egrotat, & ex nocte sumpserint initium. Ipse quoque Asclepiades in phreniticam passionem venturos grauiter indicat affici quarta die. Neque tuto ante dimissionem declinante accessione dandus, ut existimat, cibus est, atque semel datum sufficere: nisi pulsus fuerit defectio. Non enim oportuit virium debilitate captata cibum dare, quum fuerit nostrae potestatis oportune ante ægrum, quam deficiat reficere. Vinum etiam & varium cibum declinante passione dandum recte consulit, sed non suo conueniens iudicio. Etenim phreniticis atque lethargis ante declinationem vinum dedit.

Ad Themisonem.

Cap. XXIII.



T Themison alias quidem pleuriticos recte curauit, peccauit autem quarta die cataplasmando, de hinc cerotarium apponendo, ex aliquo virtutis feruentis vngendo, atque ruta. sunt enim acria. De hinc cerotarij tempus declinante est passione.

Ad Heraclidem.

Cap. XXIII.



Eraclides Tarentinus sanguinis extimens abundantiam secunda die vtitur clystere bis aut tertio, atque post paululum phlebotomat, concutans corpora requie indigentia. Etenim quærendum quid magis esse confirmat, vtrū ne fluorē ventris, aut tumorē & retentionē stercorū sed si fluor est, huc duplicat adhibedo  
i. ij.

CÆLII A.CV T.MORB.

clysteres. At si tumor est, hunc eorum duplicat acrimonia. Credas etiā eādem iniectiōe suspen-  
sam raptu quodam patientibus aduenire parti-  
bus, & propterea vehementius nocere. Hic quoq;  
etiam phlebotomiæ utilitas. vexatæ etenim tri-  
bus clysteribus vires, sanguinis prohibēt detra-  
ctionē. Dehinc neq; omnes, neq; secunda neces-  
sario phlebotomandi sunt die, sicut supra docui-  
mus. Cataplasmat etiam aqua solutis pollinib<sup>9</sup>  
(quod Gr̄eci omen lysin appellat) admixto fico  
vel panace aut chamēpity, quorū complexio ob  
qualitatis acrimoniam noxia iudicatur. Probat  
post vsum cataplasmatis, malagma, quod Apol-  
lophanis appellamus, siue polyarchion. Item sua  
inuentione cōscriptū, quæ omnia sunt acerrima,  
& propterea recusanda. Dat præterea mulsum  
præbibendū in quo præcocta vel præinfusa fue-  
rit ruta. At si sputa excludi cœperint: dat medi-  
camē bibēdum quod conficit ex hyssopo, iride,  
& melle. Si (inquit) non fuerint congrue vel suf-  
ficienter exclusa, addendas absinthij drachmas  
sex: sed si nausea occurrerit, apium vorare iubet  
ægrotantes, vel oliuam ex aceto mandere. Hæc  
quoq; sunt acria, & stomacho inhærētia. Ipse de-  
niq; tentatione expertus ex supra dictis euer-  
sionem fieri stomachi, ordinat ob nauseam re-  
tinendam incongruam scilicet, quæ constringere  
possint. Ait enim, si non recesserit spitorū emis-  
sio, sequenti die injienda atq; excludenda, cō-  
moueat iris, eadē clyster per ventrē detrahi pro-  
uocet, noxia noxijs cōmittens. Siquidem etiā per  
clysterem iniecta, ex eadem sint materia, ex qua  
sunt ea, quæ bibenda ordinauit, quo fieri ut com-

mouens tumorem, magis faciat excludenda quæ putat retineri. Dat etiam viscellum gallinaceum cum mulso ex vino, vel succo ptisanæ quæ sunt in corruptione facilita, atq; inflantia & ventrem in fluore mouentia. Dari præterea vinum iubet his qui fuerint viribus debiles, nisi caput (inquit) doluerint, non aduertes quia temporis opportunitate permittente omnibus conuenit dare: utq; econtrario resistente, neque imbecillib<sup>9</sup>. Etenim si ( vt existimat ) valentes viribus vexat, multo magis imbecillos. Neque recte sentit ita dandū, nisi caput doluerint. Dolor enim si prohibet capitis, nō aliter etiam lateribus prohibere perspicitur, prius quām passio declinauerit importunū datum. nanque omnia quæ patiuntur exagitar, nec solum caput. dicit etiam declinante passionē gobiones pisces dandos, accedente profectu etiam carnem, atq; panem, non conijciens, quia omnis acrimonia tussientibus, vel spirationis difficultate laborantibus, vel spuentibus sanguinē inimica est: etiā declinante passiōe. Simile enim quiddam facit, quale contingere videmus in extensis corporis partibus vulneribus constitutis, quæ cum sunt adhuc tenera, cicatrices nouitate acrioribus exusta facile resoluuntur.

De peripneumonia. Cap. XXV.

Onsequens atque vicinum est peripneumoniæ dicere curationem, quæ nō vt priores voluerūt, à parte corporis quæ patitur nomē supsit, sed ab ea quæ plus patitur. Si quidem neq; sine febribus esse videatur. Perficiunt hanc passionē causæ quæ etiā

i.iiij.



## CÆLII ACVT. MORB.

pleuriticam faciunt, ut venenum sumptū, vel ex opio atq; hyoscyamo confecta tūscentibus medicamina, vel his similibus virtutibus. Item castorius vel coryza, vel, quod est rarissimum, synanchica præcedens passio. Nam frequenti⁹ antecedēte pleuritica peripneumonia sequitur, quò fiet ut perniciōsior sit antecedēte, siquidem vēxatis prius virib⁹ atq; adiutorijs ex parte incassum prærogatis in secundam veniant ægri passionē. Afficiuntur autē iuuenes magis atq; ætatis mediæ : at senes vel pueri atq; mulieres difficile. Hanc igitur quidam diffiniētes passionē ut Demetrius Herophilus libro duodecimo de passionibus, peripneumonia, inquit, est tumor in toto pulmonis corpore, ex parte enim si fuerit pleuritis dicitur. Addere autem debuit cum febribus, siquidem sine his peripneumonia esse non possit.

Quæ est peripneumoniae intelligen-

tia.

Cap. XXVI.



Iffinire Methodici iuxta Sorani iudicium declinant. Asclepiadis sc̄tatores aiunt esse peripneumoniam parui temporis solutionem cum tumore, atque febre, solutionem (inquiunt) ob humorum emissionem: parui temporis, ad discretionē phthisicæ passionis, quæ est & ipsa solutionis vel effluentis humoris pertussiculā exclusio. Peripneumonia (inquiūt) ad discretionem aliarum passionum, parui (vt supra diximus) temporis solutionem ingerentū,

ut oculorum vel aurium adiecerunt etiam cum tumore atque febre. Si quidem solutio hoc est, eruptio parui temporis ad pulmonem fiat, peripneumonia ad eas partes sine febribus. Huic Soranus occurrens diffinitioni ait: Quum semper strictura in his obtineatur, non oportuisse passionem rheumatismū vel solutionem dici cum tumore, sed forte tumorem cum theumatismo. Etenim parua maioribus postponuntur. Est igitur secundum nos peripneumonia strictura vehementis, atque acuta pulmonis cum sputis & fitti & febricula celeri atq; acuta.

**Quomodo intelligitur peripneumonia.**

Cap. XXVII.

**I**nelligitur ex his quæ cōcurrunt. Etenim peripneumonicos sequentur febres acutæ, grauedo thoracis, & sensus laborantium quadam difficultate laterum, atque mediū papularum. Iacendi etiam facultas supinæ positionis atque paulo erectior. Frequentia etiam sedendi delectatio, atque supra latus iacendi difficultas, ita ut præfocabilis esse sentiatur, vultus rubor, tanquam florens, oculorum veluti pinguis aspectus, atque etiam splendor, scilicet in partibus albidis quæ præter pupulam videntur. Et magis cum alterna conuersatione aspiciunt ægrotantes. Sequitur eosdem etiam anhelitus celeritas, tussicula sanguinolenta, atque fellea, vel fumosa iactans sputa,

i,iiij.

## CÆLI A CVT. M O R B.

& in comparatione pleuriticorum fuluiora, vel spumosiora, spiratio difficilis, desiderium frigidi atq; plurimi aëris hausti rapiendi, frigidi etiam potus appetitio, os siccum, lingua aspera, ac primo subalbida, dehinc rubra, pulsus vehemēs & celer, anxietas, iactatio, vigiliæ iuges, ingemens atq; turbulentus somnus. Peioratè passione thorax etiam extantior fiet, accidente spirationis persecutione cum quodam sibilatu vehementi, atq; aspero. Sequitur etiam colli ac vultus inflatio, & oculorum aut immobilitas, aut difficilis motus, visus nubilosus vel nubilus, mentis alienatio, articulorum frigidus torpor, attestante liuore, lingua crassior atq; conductione breuiata, sudor superiorum partium, pulsus latens aut formicabilis, quem græci myrmizonta vocat. In ultimo etiam pectoris resonans stridor, quem rhögmon appellant. At si salutaribus prosperata signis passio coeperit in melius vergere: omniū supra dictorum fiet paulatim deductio, aliquib⁹ etiam semel amputata decisio. Quidam deniq; in pleuriticam passionem redeuntes releuati viixerunt, accidente dolore, & plurima spirandi difficultate. Etenim prædicta quæ peripneumoniam designant, vel concurrentia cōplent, sunt hæc, febres acute, spirationis celeritas, ac difficultas, tussicula, atq; sputorum varia emissio, grauatio sine ullo dolore, aut cum paruo præfocatio-  
nis sensu. Est autem passio generaliter acuta, atque strictura suffecta, adiuncto leui humoris fluore, quem rheumatismum vocant. quo fiet ut magis stricturam vocemus, etiam si dolor non fuerit. quippe cum inesse grauedinem atque

pressuram videamus, & asperitatem, & siccitas  
tem, & accessionem, vel his similia signa.

Quis locus in peripneumonicis patitur.

Caput X X V III.



Ati in peripneumonicis Diocles ve-  
nas pulmonis inquit, Erasistratus ve-  
ro, arterias, Praxagoras eas inq̄t par-  
tes pulmonis pati, quæ sunt spinæ cō-  
iunctæ, etenim omnem inquit pulmo-  
nem pati Herophil⁹, si febrē (inquit) fuerint pa-  
si, pleuriticam facit. Asclepiades vero, eas pulmo-  
nis partes pati, quæ arteriæ sunt adhærētes, quas  
appellat bronchia. Item Apollonius Herophilus  
inquit, ipsius pulmonis venas atq; arterias pati.  
Soranus autem cuius verissimas apprehensio-  
nes latino sermone describere laboramus, totum  
inquit corpus passione vexari: sed pulmonem ve-  
hementius, quod quidem æstimatum, & non ad  
expressam fidem accipiendum iudicauit. Est eti-  
am inutile curationi, quippe quum nihil obstet  
locorum neglecta specialis apprehensio, ubi totū  
corpus laborare senserimus, & neq; mutabilis sit  
adiutoriorum qualitas, pro patientibus locis, sed  
talis persevereret in genere, donec passio ipsa per-  
seuerat. Manifestū autem ex supra dictis, quomo-  
do possunt similia quæq; peripneumonicæ pas-  
sionis internosci accipimus. Pleuritici enim, vhe-  
menti dolore lateris afficiuntur: dyspnœici vero  
quos Anhelosos dicere poterimus, siue suspirio-  
fos, sine febribus esse noscuntur. Et nō solum ce-  
leri atq; acuta afficiuntur passione: sed aliquando  
etiam tarda, atq; obtusa. Nam græci chroniam

## CÆLII ACVT. MOR.

vocant. & cætera.

Quomodo curandi sunt peripneumonici.

### Caput X X I X.

Onuenit peripneumonicos iacere in loco medie lucido atq; calido, & ita haberi vel componi, ut reclinato leui ter thorace collocetur. Ad hoc enim passionis siue schematis genus, ipsi quoque ægrotantes releuentur, dehinc abstinentia adhibenda, vsq; ad primam diatriton. Si nulla obliterit vrgentior causa. seruandi etiā à somno vigiles accessionis tempore, adhibita articulorum leni atq; calida manuum defricatione. Caſefactionibus etiam lenibus ex pannis vtendū. Tunc quum statum sumpserit accessione lanarum appositione thoracem secus, atq; medio scapularum. Sed quæ sint ex oleo calido ac dulci expreſſe. declinante accessione os colluendum, ac deinde potus dandus aqua calida. Tunc somnus permittendus, adhibita etiam phlebotomia, permittentibus viribus, sed si intra diatriton in passionem venerint ægrotantes, quod quidem est rariſſimum, erit tum phlebotomia adhibenda. Si autem non in ipſa diatrito, tunc vñctione, dehinc aqua ora fomentamus, & damus sorbilem cibum, atq; tenuem ex alica. Et enim ptisana inflationem facit. Item oryza conſtrigit. ſimyla quoq; in initij grauis eſt. conficiendus itaq; erit ut ſupra diximus ſorbilis ſuccus melle, atq; anetho & oleo. At ſi æger ſorbilia quæq; horruerit, vel recuſauerit, alicam dabimus ex aqua calida, aut ouum ſorbile. Tunc uſque ad declinationē totius passionis alternis cibabimus diebus, ſi vi-

res ægrotantis permiserint. Atque ita thoracem cataplasmamus, & interscapulam, quod græci metaphrenon appellant, leni scilicet cataplasma te, vel mulso mediocriter decocto, aut pane ex aqua calida, ex polline, atq; fœnugræco, & aqua mulsa, vel fici aridi decoctione, eius quanquam sit reflata succositas, tamen manet veluti mella fa dulcedo. Tunc cucurbita eisdem locis cū sacrificatione adhibenda, sed dimissionis tempore. Leues autem, quas κούφας appellamus, etiam in accessione adhibere possumus, & frequentes atque multis partibus. Tunc vaporatio spongiarū & cataplasmatum apta, & si se se ad tempus gra uari sentiunt ægrotantes, eorum appositionem ægre tolerantes, tamen ex his plurimum deinde commodi consequentur. Erunt adhibenda angusto licet tempore detracta, atque rursum apposita, quo etiam tussiculæ mitagetur inquietudo, & ea quæ egeruntur facilius lapsa sine vlo tormento reddantur. Erit decoctum mulsum dan dum, vel fœnugræci decoctio cum melle: facilit etiam nucleorum contritio mulso admixta, vel amyllum aqua contritum. dabimus etiam ecleg mata sorbilia ex lini semine, ac fœnugræci nucleis, & melle decocto, & ouorum vitellis confecta. Quum statum sumpserit passio, gestatione leui vtemur. Quum vero declinauerit, vario nutrimus cibo feruantes ac præcauentes multo tempore ex liquamine & oleo cibos, siquidē tussiculam commoueant, tunc lauacrum adhibemus, & ultimo vinum damus. Pectori autem atque à tergo circulatim cerotaria apponimus, ex oleo dulci confecta, vel cyprino, admixta iridis

## CÆLII ACVT. MORB.

radice decocta vel meliloto , & secundū aliquos sampsucho. Sed est hoc acerrimum, quāquam sit calidæ virtutis. Post cerotarium vero apponim⁹ quod appellatur diachylō, vel Mnasei. Aliqui etiam adhibuerūt illud quod Nileus appellatur. Itē Antisophantis quæ non sunt ita vehementia, & propterea permittēda. Horum sane compositiones de medicaminibus scribentes, interrogationū docuimus libris. Ex antiquis autem Erasistratus, & Herophilus de ista passiōe nihil dixerūt. Hippocrates verò libro regulari ( quem diaeteticum vocauit ) peripneumonicę inquit remediū aptādum ex coco, atq; galbano, atque attico melle, vel abrotano, ex aceto mulso atq; pipere admixto, & helleboro nigro. Sūmum ( inquit ) est etiam panacē in mulso ex aceto cōfecto decoquere, & liquatum dare bibendum. Sed hæc somnia Soranus esse iudicauit, & propterea reprobanda, adjiciens, quod mulsum ex aceto factū constrin-gat, & sit inconueniens tumori. Item Diocles ait peripneumonicos qui annū sextum natu excesserint, post injectionem succo cibari oportere. Sed fortiores atq; validos viribus leuius, imbecilliores vero plenius. Omnes tamen communiter pa-rum refici iubet, qui vltra annum quartum decimū fuerint hac passione ægrotantes, adhibens acerrimos clysteres, & propterea noxios. dehinc sine ratione ad dierum numerum cibum dandū putat. Item libro quem de passionibus atq; cau-sis & curationibus scripsit phlebotomandos dicit, & adhibendum tempus tacuit. Dehinc ven-trem commouendum existimat, exagitans atq; exsuccans interiora. Addit etiam ynguentū na-

tibus admouendum, & succum scamonię quam diagridium appellamus, & helleborum & opium succo consparum obsidens odoramentis perniciosissimis caput usq; ad quintū diē mulsum ex aceto solum dandum præcepit, excitās profecto tumorem constrictiæ virtutis causa, & immo- derata abstinentia vires absument. Utitur etiam cum his potionib<sup>9</sup> vexatiuis absinthio infuso & thymo decoctis, & eisdem dans quoq; transuorā dum, atq; sorbendum passum cum aceto & mul so confecto. Quæ omnia ( vt ratio demonstrat) sunt acria, & propterea tumorī contraria. Item Praxagoras eandem pleuriticorū atq; peripneumonicorum tradidit curationem. Asclepiades ye ro, secūdo libro celerum vel acutarum passionū phlebotomiam recusavit. Siquidem nullo dolore ægrotantes affiantur, & propterea si fuerit ad- hibita ex initio, sanguis tenuis atq; subtilis exire videatur. Sed errans plurimum ( vt Soranus ait) neq; enim moderatio detractionis sanguinis mu tatione demonstratur: Neq; etiam solos dolētes phlebotomandos accipimus, sicut idem Soranus libris quos de adiutorijs conscripsit edocuit. De hinc ipse Asclepiades ait, quosdam peripneumonicos dolere oportuit. Igitur etiam nunc sicut in pleuriticis, non ex causa reprobare phlebotomi am, sed à commorantibus inquirere, vtrū in om nibus peripneumonicis obesse regionaliter videa tur. Prohibet etiā cataplasmata & vaporationes quorum est utlissimus usus ob relaxandam stri cturam. Item reprobat clysteres, atq; omnia me dicamina, & quidem recte, sed non suis conueniens placitis. In phreniticis enim clysteres adhi-

## CÆLII A C V T. M O R B.

buit. Itē libris quos de vini datione scripsit, in febricitantibus iugib⁹ inquit vt ē dum clysterib⁹ dat etiam cum aqua mulsa hyssopum vel tragoriganum, & sunt hæc acria, atque medicosa, quæ græci pharmacode appellant. Mitescente inquit interea passione, cataplasmata adhibenda, atque cibis asperioribus diebus nutriendos ægrotantes existimat. Quum nos oporteat sæpe leuioribus diebus cibos dare. Tunc puriores siquidem dimissiones occurrant. Item Titus huius sectatoris in die adhibendam inquit defrictionem, quā quidem veluti quassantem in acutis passionibus reprobamus. Themison vero, alia quædam de passione rectè composuit. Sed peccat iubendo eos secunda vel tertia die gestari, quoniam non dum sumpserit passio statum. Iubet etiam cum scarificatione adhiberi cucurbitam declinatē accessione, quum sit adiutorij genus destrictiuū, & propterea proprium dimissionis. dat etiam bibe re aquam frigidam, vel frigidæ vicinam, & non est consequēs sorbilibus cibis atque curationi laxatiuæ potus cōstrictiuū. Si, inquit, incensa atq; longa fuerit accessio, vt ardore ac siccitate diffūcultatem faciat excludendi ea, quæ tussicula emitte coguntur. dabimus pityidas vel nucleos aut eucumeris semen bibendum cum aqua, aut secundum modū collecta, & sunt hæc maximē contraria. Augmenti etenim atq; accessionis tempore etiā aqua quæ nullius est qualitatis noxia p̄spicitur. Utitur etiam amygdalis amaris, quæ ob amaritudinē tumores vehementius accēdūt. Itē Heraclides Tarentinus eandem iudicauit curationē adhibendam, quæ pleuriticis est ordinata.

Multi Empirici potionibus atque sorbilibus cibis vñi sunt. Item pityida & ruta & menta & tragoraganum & abrotanum & pulegium atq; origanum. Alij hæc singula: alijs secum mixta adhibentes, sic deniq; amyllum cum aqua præcoctū atq; melle mixta admiscuerunt. Tunc amygdala amara & hæc sorbilia mouent ramo hyssopiant etiam irin & gentianam decoctam cum pulegio & anagallide herba, & eryngio, & marubrio, & his similibus, quæ omnia ratione circuascripta reprobanda sunt.

De Cardiacis. Cap. X X X.



Ardiacam passionem aiunt quidā dupli significatione nuncupari, cōmuni & propria. Sed cōmunem dicunt eam, quæ substātiā in stomacho atq; ore ventris habuerit, vbi etiam morādatio sequitur supradictarū partiū, vt Hippocrates primo & secundo libro epidemion cōmemorat, & Erasistrat⁹ libris quos de vētre scripsit. propriam autem dicunt eam, quæ cum fudo re fuerit, atq; pulsu imbecillo, de qua nunc diceare suscepimus. Nomen autem hæc sumpsit passio, vt quidam volunt, à parte corporis quæ patitur. Siquidem putent principaliter cordis esse ægritudinem. Alij vero aliter sentiunt. Siquidem vulgus quadam consuetudine propria atque dominantia magis nominibus appelle, vt magnū mare, sacrum mare, atque luem deificam vel epilepticam passionem. Est igitur in nobis propriū, atque vigens, & dominium vitæ continens, cor: quapropter tanquam magna passio quam sumptuose potestatis habet, nomen sumpsit.

## CÆLII ACVT. M O R B.

Quid est cardiaca passio: vel quomodo eius agnitus tradenda. Cap. X X X I.

**D**efinitiones enim Soranus dicere declinavit. cognitio igitur siue intelligentia eius passionis ab Artemidoro Sidensi Erasistrati sectatore tradita est hoc modo. Cardiaca (inqt) passio est tumor secundum cor. Item Asclepiadis sectatores aiant tumorem secundum cor corporis cularum coaceruatione siue obtrusione effectum. Soranus vero (cuius haec sunt) tumoris inquit signum nullum subesse quod in cardiacis videatur. Item eorum pati, non valde plurimis probabile videtur: sed ait cardiacam esse passionem solutionem celerem atque acutam, qua disiici corpora per omnes viarum particulas apprehendit. Fit autem magis aetatis tempore: atque in viris potius quam in mulieribus: & calidis atque iuuenibus corporibus, vel habitudine plenis & exercitis, sed procedentes causae quibus haec passio sufficitur, multae atque variae sunt: magis autem iugis indigestio vel vinolentia, aut post cibum lauacula, aut post coenam vomitus, aut moestitudo vel timor, in quo consentiens corpus soluitur in sudores. Emergit autem frequenter quinta vel sexta die, in febribus continuis, vel ardentibus, atque flammatis.

Quomodo intelligimus eos, qui in cardiacam venire possunt, aut etiam in ipsa constitutos. Cap. X X X I I.

**I**ntelligimus eos qui in cardiacam passionem declives atque proni videtur, & eos qui sunt iam in eadem constituti, ex his signis quae concidunt:

Sequitur enim in passionem pronus, febris acuta atque celerrima & flammosa, pulsus celer, densus, humilis, & quasi humectus toto accessionis tempore. Aliquando etiam usque ad dimissionem, ut, etiam si feruoris reuelatio fuerit quadam circumscriptione collecta: non tamen simili profectu pulsus quoque erigi videatur, quippe cum magis sui comparatione demersior esse noscatur. Aliquando etiam ut inordinatus occurrit, sed non ita ut deficiens intelligatur, sed celeritate coactus, implicatis saltibus, ordinib⁹ caret modo. Sequitur etiam fastidium, sitis immodica, somnus parvus & facilis in suscitacione, hallucinatio, hebetudo, iactatio: Item genuū gelidus stupor, atq; cubitorum & tibiarū, crescente accessione, vel usq; ad eius finē. Hæc concurrunt aliquando non præuxatis viribus: sed ratione passionis effecta. Ali quando vero præuxatis ob nimiam sanguinis detractionem: vel ventris coaceruatam effusio nem: vel cuiusque materiæ corporis immoderata eliquationē, ut peioribus febribus dissolutio fiat. Addunt vel attendunt quidam etiam aëris estus, vel vtrum temporaliter abundant solutiones, aut æger sit lactea corporis habitudine, vel communiter si tenerum atque albidum, & diffusum ac pingue habuerit corpus, & aquatum colorem, sit ne etiam hac passione tentari consuetus. Sed hæc (ut Soranus ait) sunt incerta & instabilia. At vero si iam fuerit præsens, sequitur ægros articulorum frigidus torpor, ali quando etiam omnium crurum vel manuum, aut totius corporis: pulsus densus, celer, par-

k.j.

uus, imbecillus, inanis, & quasi fluens: incremente passione etiam demersus, obscurus, tremulus, & formicabilis, & inordinatus, ac deserens, attestante halucinatione, despōsione cum vigilijs iugibus, & quibusdam repentinus atque coaceruitus per totum corpus sudor. Quibusdam verò primum ceruice tenuis & vultus, paruus, tenuis, aquatus, dehinc per totū, vt supra diximus, corpus plurimus. Tunc crassus, & tractuosus, atque viscosus, vel male redolens, tanquam lotura carnis, respiratio parua atq; anhela, & insustentabilis, & per profectum rara loquutio ac tremula. Ora pallida, oculi concaui, thoracis grauedo, debilitatis causa animi defectus imminentibus accelerationibus. Aliquando etiam translatis lingua humecta: aliquibus vero ob complexionem tumoris parui in visceribus constituti, arida atque siccata, attestante desiderio frigidi potus. Deficiente ergo, visus obscuritas, articulorum liuor, vnguis um vncatio, quam gryposin vocant, & plurimis mentis integer sensus, quibusdam vero falsitas intellectus, cordis saltus crebrior. Dehinc deficiens corporis superficies rugosa, & ea quæ pereuntibus frequenter occurrunt, vt solutio ventris. Perniciosum etiam signum est in uoluntaria lachrymatio, hoc est sine vlla ratione, vel oculorum ex aliqua parte saniosa atque purulenta similitudo, vel ex oculi circulo, quæ nigro cum colore apparet nata albida, quæ in unguis similitudinem, vel nascentis, vel crescentis lunæ cornibus respondens paulatim sumat augmentum. Hanc græci ὄνυχα vocauerunt. item

coaceruata atque non masticata cibi transuōratio , cum quodam sonitu , perniciem denuntiat, & magis si immutata atque indigesta post sumptionē fuerint immorata plurimo tempore, & tanquam in vtriculo moto ventre sonitum reddant , quem græci βόμβον vocauerunt . Est enim signum mortuorum corporum, vt tanquam inanimato atque insensibili tegmine cibus depositus videatur . Peius etiam omnibus cibi sumptionibus priuari fastidio, atque omnino accipienda recusare , vel etiam vinum non appetere, aut post acceptum cibum grauari potius vel febrire. Tunc rursum in solutionem recurrere, vt leuiter resumptum, celeriter restringi , vel accepta reiūcere & ventrem fluere, aut labiorum pati tremorem . Mordere etiam in accipiendo cibo vel potu cochlearia, vel poculoruī labra . Etenim deficientis spiritus est signum tanquam lassantis, nec valētis oris partes attollere, sed morsibus inuoluntarijs succumbere : Est etiam grauius dia-phoreticum delirare. Siquidem neque vini datione , neque varietate ciborum ad subleuandas vires constātius vti possumus. Itē grauius est post dationē ac resumptionē rursum in febres recurrere. Tunc cū quadā mœstitudine latenter disiecti per sudorem, atq; marcere. Etenim solubile ac dimissum fit ægrotantibus corpusculi robur, atq; vultus visus obtusus. Lingua aspera, & arida, præ cordioruī etiā raptus ad supiora, & post cibū grauatio, sic enim ægrotates multis dieb⁹ marcore quadā demersi moriuntur. Neq; enim paruo atq; simplici cibo sufficiēter refici possūt, neq; multo ac solido valentius tolerata occurrere digestione.

k.ij.

## CÆLII ACVT. M O R B.

in quibusdam etiam sine sudore vires soluuntur,  
& naturalis vigor, disiectio[n]e occulta, quā græci  
ἀσθλοῦ Διαφόρησιν vocant, extinguitur: quum  
omnis corporis habitudo laxior, atque dimissa,  
& friabilis fuerit facta. At si in salutaria signa  
venire cœperint ægrotantes, pulsus resurgit, cor-  
poris frigus frangitur, & difficultas respira-  
tionis minuitur, accedente animi quadam secu-  
ritate, & post sumptionem cibi virium profe-  
stu: somnus quoque altior tāquam post laborem  
dormientium.

Vtrum ne febricitent cardiaci.

### Caput X X X I I .



Væritur etiam vtrum cardiaci fe-  
bricitent, & plurimi quidem ante  
Asclepiadem febricitare cardiacos  
negauerunt. Alij vero contraria di-  
xerunt, vt Apollophanes Erasistra-  
ti sectator. Item Asclepiades plurimos inquit nō  
febricitare. libris enim quos ad Erasistratū fecit,  
& appellauit contradictorios, dico, inquit, car-  
diacos non febricitare. sed secundo libro oxeon  
non inquit febricitare frequenter cardiacos. Item  
Themison & Thessalus, Demetrius Aponius  
quosdam febricitare aiunt: quosdam negaue-  
rūt. Demetrius vero Aponius incipiente inquit  
passione atque crescente omnes febricitare. Post  
vero cum vehementescere cœperit febris, passio  
recedere fertur. Igitur qui nullum aiunt febricita-  
re cardiacum, dicunt quod febricitantibus pluri-  
mus necessario feruor adsit, & grauedo cum diffi-  
cili motu corporis, & ariditas, vel tanquam vul-

nerationis singularum viarum sensus , & rubor  
atque extentio præcordiorum,nihil inquiunt ho-  
rum in cardiacis incurtere, quapropter neque fe-  
bricitare probamus. Dehinc secundum Asclepia-  
dem febricula est, feroꝝ plurimus in omnibus,  
sive plurimis corporis partibus : commutatioꝝ  
pulsus in vehementem ob obtrusionem facta. At  
in cardiacis neq; maior est pulsus, sed magis hu-  
milis, neque vehemens, sed magis imbecillus, ne-  
que feroꝝ plurimus, sed magis in alijs paruus  
corporis partibus: in medijs omnino leuissimus.  
Utendum igitur clysteribus in his qui sine febri-  
bus fuerint iubet constantissime . Quidam vero  
conclusioni viarum causam febrium ascribentes,  
aiunt disiectioꝝ sive diaphoresin diraratis par-  
tibus fieri totius corporis, in his vero febrem den-  
satis,quārum ex afflicatione quadā nasci ac pro-  
ficiisci feroꝝ. Apollophanes omnes inquit car-  
diacos febricitare secundum Erasistratum, siqui-  
dē cardiaca passio ex cordis tumore fieri videa-  
tur. febricula quoq; magni tumoris fit ex causa.  
Item aliqui nouelli scriptores aiunt signum esse  
periculose passionis, non sine febribus ægrotare,  
atque malignas passiones accedētibus fieri febri-  
bus , tunc diaphoresin venire, vel cessantibus su-  
doribus perseverare febrium reliquias . Sed hæc  
vtraque Soranus excludit , nam primo dicto re-  
spondens ait aliud esse signum , aliud accidens.  
Nam signum, neque recedit, & semper significa-  
to coniunctum est. Accidens autem, quod græci  
symptoma vocant, nunc aduenit, nunc recedit,  
ex quibus esse intelligimus singula quæ febrici-  
tantium accidentia dixerunt , vt corporis diffici-  
k.iiij.

lem motum, grauedinem, tensionem præcordiorum. Etenim aliqui febricitates nulla ex ipsis partuntur, si febricula secundum solutionem fuerit facta, sed feruor mordicans, atque febrem designans, tanquam ex alto quibusdam cardiacis insit. Asclepiades ait secundo libro acutarum vel celerū passionū nō semper, sed frequenter ex febricula fieri hāc passionē. At si omnes cardiacos sine febribus esse voluerit, siquidē nō adsint secūdū ipsum febriū signa, respondere poterimus, eū peccare non videndo vera febrium signa. nā manifeste atque prompte in initijs accessionis articuli frigidi reperiuntur, & pulsus humilis & imbecillus: quod secundo poterit obijci, quo putant densitatem viarum esse febrium causa. Item aliqui aiunt complexa ægritudine ægrotare cardiacos, qui cum febribus fuerint, atque ita cum alię fuerint viæ laxatæ, aliæ densatæ: raritate diaphoresis fiat, dēsitate vel adfricatione febricula. Nos vero Sorani sequentes iudicium, & solutione absoluta fieri febres accipimus, hoc est raritate viarum, ut & ipsis est consequens, sicut libris de febribus docuit. Item Erasistrati sectatoribus respondebimus, falsum esse omnes febres ex tumore fieri: siquidem quædam fiant solutione. at si hoc parum etiam probauerint, cardiacam tamem nullo ex tumore fieri non negabunt. Nam quum sint ægrotantes integro iudicio mentis, & nullo sensu doloris, vel ceteris stricture signis afficiantur, cordis inesse tumorem erit falsissimū, atq; omnes cardiacos febricitare. Sed neq; periculosas passiones signo febrium designari rectè disserunt. Est enim cholérica grauis atq; periculosa

passio, quæ nunquam cum febribus fit. Antecedere autem febres cardiacam passionem verum est. Sed aliquando sudoribus solui, sicut etiam tumor soluitur in humorem purulētum conuersus collectione suffecta. falsum etiā esse perspicim⁹, cessantibus sudorib⁹ manere febriculæ reliquias. Pleriq⁹ enim sine febribus reperiuntur. Dicimus igitur (sicut omnes nostri methodici) quosdam sine febribus: quosdam cum febribus esse cardiacos, ut eos qui sanguinis emissione soluitur: quosdam vero febricitare. namq⁹ inanibus & celatis locis, vel supra quæ iacuerint antea, apposita manus, tarda perseveratiōe occurrat plurim⁹, & mordicans ascendens feroꝝ ex alto, febrīum referēs signum, attestante anhelatione feruenti cum delectatione frigidi potus. Quibusdam etiam lingua sicca atque aspera inuenitur.

Quis in cardiacis locus principaliter patitur. Cap. XXXIII.

 Ræpati in cardiacis Erasistratus, & Asclepiades cor dixerunt: Alij membranam quæ cor circumtegit: alij dia phragma, hoc est membranam, quæ a visceribus discernit intestina: Alij stomachum: aliж pulmonem, atque iecur. Sed hi qui cor pati dixerunt, aiunt primo ipsius se non minis testimonio iuuari: siquidem ideo cardia dicatur passio, quod ex cordis veniat causa. Nam cardian græci cor vocauerunt. Secundo q̄ eidem cordi, in ipsa passione cōstitutis, saltus inesse videatur, atq̄ in sinistra parte secundū papillā thoracis grauedo. Tertio ipsius passiōis magnitudo, quæ fieri nō posset, nisi aliqua corporis parte k. iij.

## CÆLII A C V T. M O R B.

principali atque propria paciente. Est autem cor præstans atque salutaris corporis particula, præministrans omnibus sanguinem membris atque spiritum. sed his quidam occurrentes primæ propositio responderunt, quod passio à magnitudine nomen sumpserit. Secundæ quomodo similis arteriarum cordis est motus, grauedo etiam quibusdam cardiacis occurrit in toto thorace, & non solum in sinistra parte, quæ si fuerit, poterit hypozocote membrana paciente fuisse sufficiata, vel cuiusquam alterius vicinantis corporis, si locis ascribendæ sunt causæ. Tertio dictæ respondentes aiunt, multas fieri periculosas passiones, quæ non patientis cordis habeant causas. non enim ubi magna fuerit passio, necessario propriam corporis partem pati accipimus. Quippe cum omnes partes propriæ sint corpori. Alij vero propterea magis falsum dicunt esse, cor ista passione vexari, siquidem eorum testimonio qui hoc asseuerant, si propria pars atque principalis saluti, & propterea mox pati coepit, morte præueniat sensum. Vulnerata denique cum fuerit statim atque sineulla mors mors vulneris antecedit effectum. At si multo paruissime fuerit læsa, nihilominus mortem necessario perfecit. Et non similiter cæteris partibus, aut emoritur, aut durescit, aut in paralysim soluitur. Sed his rursum primi respondentes aiunt, quod vulneratum cor celerius interficiat, siquidem multis ante præcisis partibus vulnus possit accipere, & pomposa, atque coaceruata sanguinis fiat effusio, nec tamen diaphoresis. Quod autem neque emoritur, neque edurescit, neque paralysi

afficitur, argumentum est quidem non omnino cor pati negans, sed leuiter pati. Si enim cæteris similiter partibus corporis est natura cōfectum, ijsdem necessario similes sustinet causas. Nos vero cum Sorani iudicio totum videmus corpus in solutionem laxari: totum necessario pati accipimus, & neque valde nobis de præpatienti loco certandum est, ne in occulta quæstione versemur. Non enim aut significatio, aut curatio secundum hæc differenter accipitur, quū oporteat omnibus corporis partibus adiutoria prolatari. Aliqui denique alios ex corde, alios ex mēbrana quæ cor circumtegit, aiunt diaphoresi vexari, & propterea eos qui ex membrana cordis soluntur, adiuncto dolore laborare, qui punctionibus crebris ægrū afficiat: eos vero qui ex corde, grauedinem solam sustinere. Sed his quoq; respōdes mus, quomodo signa sibi quæ fingunt vera existimantes secum, oporteat, sicuti supra diximus, patiētibus quibusq; vicinis atq; continguis cordi aliquando stimulantem dolorem, aliquando grauedinem consequi.

Quomodo discernimus cardiacos ab his qui in stomacho paciente sudauntur. Cap. XXXV.



Voniā plerisq; stomachicis adeſt in accessione sudor, atq; articulorum frigus cum paruo pulsu, & animi defectu & pallore, quę omnia sūt cōmunia cū cardiacis, horum quoq; discretionē faciendam existimo. Asclepiades igitur hēc discernēs ait cardiacos, atq;

## CÆLII ACVT. M.O.R.

eos qui stomachi supinitate decoquuntur, ita int̄ernosci, quod in cardiacis omnis pulsus sit pa-  
uissimus, atque imbecillus: cordis vero saltus ma-  
ior, & vehemens cum grauedine thoracis, atque  
spiratione præfocabili. In his vero qui stomacho  
patiente deficiunt, atque coaceruant, cæteris ar-  
terijs pulsus cordis imbecillus inuenitur, exce-  
ptis cæteris accidentib⁹, quæ symptomata Græ-  
ci vocauerunt. Nos vero magnitudinem pulsus  
in corde fieri cardiacis non inuenimus. quippe  
quum cor ipsum pati sit existimabile potius quā  
verum, grauantur quidem thorace atque præ-  
focabili spiramento respirant. Quidam sto-  
macho patiente cum defectione virium fuerunt de-  
purgati, atque rursum cardiaci quidam nulla spi-  
ramenti præfocatione iactantur. Dicendū itaq;̄  
stomacho nunc tumente, nunc deficiente in tu-  
more feruorem atque dolorem fieri, sub his par-  
tibus pectoris quę costis teguntur, vel ex aduer-  
so inter palas: aliquando etiam post cibum pres-  
suram. At vero si defectione fuerit stomachus  
affectus, fluor sequitur saliuarū, & humecta cal-  
lositas, & nausea, vel vomitus liquidorum atque  
cibi, frigus etiam articulorum. initio enim nunc  
feruore nunc frigore afficiuntur. In cardiacis ve-  
ro neq;̄ dolor, neq;̄ post cibum grauedo, neq;̄ vo-  
mitus esse perspicitur, & torpor frigidus idem  
atq;̄ æqualis perseverat. Dehinc sudor aliquando  
cardiacis crassus excluditur & male redolens, ut  
saniem vel cruorem simulet. His vero qui sto-  
macho patiuntur, tenuis omnino atque aquatus  
sudor inuenitur. Item animi defectio, stomacho

incipiente magis accessione fiet : cardiacis vero  
recedente . At si vero utrèque passiones eodem  
concurrerint tempore , obscuratur discretionis fi-  
des , sed nihil curatio impeditur . Si quidem ijs-  
dem adiutorijs curentur . Item in cholericis &  
tetanicis vel tumentibus , aut matrice præfoca-  
tis , plurimus sequitur sudor , adiuncto frigido  
torpore , qui ita discernitur , quum singularum  
passionum fuerit consideratio perspecta . In alia  
enim vomitum : in alia colla inclinari : In alia  
matricem tumere : in alia tumorem vehemen-  
tem esse necesse est . At si nihil ex antecedenti-  
bus causis , quæ passionem facere valent , fuerit  
repertum , si tamen præsens atq; prouocata cor-  
poris solutio , que cardiacam designet , certo in-  
esse passionem dicimus , nec satis necessarium ,  
vnde illa solutio venerit , inuenire . Non enim cu-  
ratio pro differentia antecedentium causarum  
mutanda accipitur . Vocatur autem secundum  
aliquos quædam passio etiam cardimona . quam  
Græci cardiogmon vocauerunt . Quam neceffa-  
rio sequitur dolor oris ventris , quem plurimi  
idiotæ cordis dolorem vocauerunt . Generaliter  
autem cardiaca passio est solutionis , atque vna  
acutarum & vehementium passionum . Sed ali-  
quando huic miscentur quædam stricturæ acci-  
denta , ut tensio , vel tumor partium medianarum  
quæ non speciali concursu , ac significatione sint  
cardiacis ascribenda .

## CÆLII AC V T. MORB.

Quomodo discernimus cardiacos ab his,  
qui prospero sudore liberātur, quē Græ  
ci criticum vocant. Cap. XXXVI.



Vomodo etiam prospere sudores  
quos Græci criticos vocant, habent  
quiddam circa visum similitudinis  
cum cardiacis, ob ipsam redundā-  
tiam, quippe in solutionem vehe-  
mentium, vel continuarum febriū salutari mo-  
tu venientes, vtile duximus eorum ponere di-  
scretionem. Multi etenim imperiti medici pro-  
speros, atque mediocres sudores constringentes,  
morbosa egrotantibus reddiderunt corpora dia-  
phoreticos adiuuātes, causa mortis extiterunt.  
Quare eorum differentiam necessario ducimus  
ordinandam, quæ varia ratione colligitur. Nam  
primo ex præteritis, dehinc ex genere passionū,  
& magnitudine, & temporibus, & sudoris ipsi⁹  
ordine, & quantitate, & qualitate significatio fir-  
matur. Ex præteritis inquā quum consideramus  
vtrum signa futuri sudoris diaphoretici, an salu-  
taris præcesserint. Ex genere passionum, quum  
qualitatem attendimus passionis. Si enim solutio  
inest, sudor etiam inutilis ac diaphoreticus esse  
monstratur: sin vero strictura inest, attenden-  
da magnitudo. Parua enim passio diaphoresim  
pati non potest. Si autē magna fuerit, attenden-  
dum tempus, in statu enim totius passionis, atq;⁹  
temporalis accessionis, vel limpida dimissione  
criticus magis sudor ostenditur. In initio autem  
vel augmento perniciosus. Ex ordine inquā su-  
doris ipsius. æqualis enim bonus, inæqualis mal⁹  
sudor iudicatur. Ex quātitate signum accipimus

moderationem considerantes, modicus enim sudor bonus, immodicus malus accipitur. Sed deinceps sudantes excessa moderatione, diaphoresin incurserunt. Ex qualitate autem significationem accipimus cum tactus iudicium adhibemus. Salutaris enim sudor calidus, tenuis, & non male redolens probatur. Perniciousus autem sudor, frigidus & succidus, & male redolens atque loturæ carnis similis inuenitur. Dehinc ex prætentibus atque concurrentibus signis confirmanda significatio. Nam diaphoreticis magis parvus atque creber & imbecillis & inanis pulsus inuenitur, thorax etiam grauatus cum respiratione frequenti, & iactatione, ac desponsione animi, vocis etiam tenuitate, attestante pallore. Recte autem sudatibus pulsus erectior, respiratio facilior, ac leuior efficitur, & in somno prona delectatio, & omniū aduersorum minutio cum animi atque corporis reueatione.

Quomodo curādi sūt cardiaci Cap. XXXVII.

**D**ebinc cardiacorum ordinamus curationem, (Desiderandi etenim sunt qui hoc passionis genus incurabile iudicantes reliquerunt.) Multos enim omnes medici iuxta sententiam Sorani liberari videmus. liuore namque comoti, argumentatione turpi, aiunt quidam eos liberari, non qui sint, sed videantur esse cardiaci. Quapropter Sorani nos iudicium seruantes, iacere facimus locis refrigerantibus, atque umbrosis, & obscuris, ut sunt plerunque hypogea vel speluncosa, atque ad aquiloniam partem conclusa, vel certe solis tactu difficilia. semper enim

## CÆLII ACVT. M. R. B.

atque magis in ista passione solem præcauendū accipimus. Et propterea vehementiē eius ingressum, si qua ex parte venerit, prohibemus. Conuenit etiam neque maiora loca esse : solubilibus enim plurimus aēr esse perspicitur, sed neque satis brevia: sunt enim præfocabilia, & quæ facile feruorem ex ingressu hominum concipient, quos naturalis spiratio aerem accipere, atq; redere anhelitus raptu necessario cogit. Denique si non fuerit naturaliter frigidus locus, hunc affe<sup>t</sup>abimur, specularia detrahentes, nisi sol obstricterit, aut aeris inēqualitas. adiungitur frigori inducto purgatior aēr, ingrediens locum, qui sua nouitate ac miti accessu reficiat ægrotātem, flabellis etiam latenter aērem frigerandum dicimus, aqua frigida aspergentes solum, & ea quæ influxione sui, quam Græci aporrheam vocant, spirationem facilem egrotantibus facere valent, circum projici iubemus, quæ tamen sine ullo percussu atque odore graui valeat aērem facere cōstrictium, vt vitis folia, aut myrti, aut querqus & pini atque lentisci, & malii punici, vel roſæ, atque his similiūm. Sic enim corporis fluor aēris occurrentis afflatu densatus prohibetur. Decocto denique supra dictarum materiarum liquore, frigido tamen, terram perfundimus: cooperimenta præterea, atque stramenta tenera & tritiora probamus. etenim noua vaporatione sui corpora resoluunt. Generaliter autem ipsa lecti concubatio neque dura, siquidem vigilias faciat, neque satis mollis, vt est floccorum, vel leuium plumarum, erit procuranda. Etenim re-

cessu facili corpori cedens vtrique orarum circūs  
leuigat tegmina , que amplexu quodam corpus  
cingendo vaporationes sui resoluant. Denique  
etiam quum fuerint moliores, erunt coarctan-  
da straminum velamento , ne facili ( vt supra  
diximus ) recessu concava faciat stramina. Lecti  
etiam latitudo atque spatium tātum probatur,  
quantum sufficiat ægro, alterna conuersatione  
alterius loci frigus accipere, ac desertum vapo-  
re carere, quo mutua vice semper veluti noua  
repetendo, frigida inueniat, vt sine vlla lectorū  
mutatione, in eodem lecto mutatio fieri videa-  
tur. In altera enim parte ægro constituto, alterā  
sternere poterimus , quippe cum sæpe translati  
ægrotates ex lecto ad lectum senserint defectio-  
nem, atque paruo motu asperata passionis fue-  
rit magnitudo. Tunc amplexu, atque ligatione  
paulo tenaci vtemur articulorum , iubentes eos  
quiescere, non solum corporis officio, sed si fieri  
poterit, etiam cura animorum, lecto mutato ad  
grabata ægros transferendo. augetur enim solu-  
tio meatu quolibet. Multum denique sanguine  
fluentibus prodesse immobilitas valuit. In statu  
autem accessionis fouēdum dicimus caput oleo  
frigido, atq; hispano recenti adhibito, etiam æ-  
quali motu aëris accommodato , densantur e-  
nim corpora aëris motu percussa, atque pluri-  
mus sudor, non solum cedentis aëris , verum  
etiam irruentis tanquam repercussus abstine-  
tur. Utendum etiam spongijs teneris ex aqua  
frigida expressis, quibus ora atque colla ægro-  
tantes circuntegentibus virium resumptionem

## CÆLII ACVT. M. O. R. B.

faciamus, temporum interuallis innouātes. Tūc  
tō tum etiam pectus atq; oris partes, eodē mo-  
do percurramus frigidæ infundentes spongias,  
admiscentes etiam aceti quiddam ac iugiter mu-  
tantes, ne perseueratione tactus ex vapore te-  
pescant, & amissō frigore nō valeant facere den-  
situdinem. Aliquādo etiā linteola tenuia tingentes  
similiter aut succo plantaginis, aut polygonij,  
aut portulacæ, aut herbæ pulicariæ, vel semper  
viuentis, aut myrti, aut rubi comæ, aut rosarū, vel  
mali punici decoctionibus, aut hypocistidis her-  
bæ, aut acaciæ resolutæ ex posca aut oleo hispa-  
no, vel lentiscino, pectori atque ori ventris appos-  
nimus. At si sudorum perseuerauerit fluor, pro-  
bandam etiā asperginē quæ suo frigore ac pro-  
pria virtute, vel obstruzione constringat, iudica-  
mus: cuius frigerantia, atq; obtrudentia tactu, &  
densantia sunt hæc, terra samia & cimolia: frige-  
rantia verò, rosa arida contusa, atq; creta. In ista  
etiam alumén scissum, plumbum exustum, atq;  
lotum gypsum, atq; mala punica, œnāthe, acan-  
tha egyptia, quam nos latinè spinam egyptiam  
dicere poterimus. Hæc singula commixta, atq;  
corpori aspersa per linteolum rarum, sudantib⁹  
locis, vel omnib⁹ locis prodesse probātur. Opor-  
tet autem hæc singula diligenter conteri, atque  
ad summā tenuitatē deduci, vt patientibus ir-  
ruentia in ijs ingressu quodam vehementem fa-  
ciant constrictionem, & nulla corpus asperitate  
afficiant, qua possit æger aliter inquietari. Hinc  
nanq; cōmotus Thessalus vñus ē principib⁹ no-  
stris eorum vsum iudicauit cohibēdum. Etenim  
recte quoq; valentib⁹ (inquit) parua cuiusquam

asperitas contagio vigilias facere solet, stramen, tis irruens, terga iacentium, vel alias corporis partes lacefendo inquietat. Est autem possibile ex supra dictis, & oleo hispano, aut alio similis virtutisunctionem facere constrictiuā non irrationabiliter. Nanque plurimi medici ad retinendos sudores mannam thuris oui alboribus conterentes ita ut crassitudinem mellis similarent, tota corpora perunixerunt. retenta etenim, ut ita dixerim, his virtutibus corporis superficie, necessario solutio constringetur. Probamus etiam cataplasmata eiusdem virtutis, sed alia simplicia, alia ex simplicibus composita, vel variata: pro magnitudine etenim passionis extēdi, atque minori virtutes medicaminum debent, ex quibus sunt hæc: Palmulæ nucales quas cariotas appellant, tritè cum oleo hispano, aut myrteo, aut lentiscino, aut melino, aut roseo asperso, admotōqz, vel polenta, præterea & palmulæ sæpe vīno infusæ, aut aceto, aut posca vehementius profuerunt. Vtemur etiam præinfusis Thebaicis palmulis & malis cydonijs elixis singularibus, vel admixto amylo diligenter contrito, atque creto, cogente passione, etiam galla tusa, atque creta admiscenda erit, vel acacia, vel alumen & hypocistidis succus, aut rhus syriacus, cataplasmatibus alijs simillimè virtutis, ut palmulis, & malis contritis singularibus, vel cum altero ex his, vel vitis folijs, atque amyllum, & rubus, quam Græci baton appellant, virgultis contusis, & contritis, Myrto etiam, & polygonio, & semper viva herba, quam aizon vocant, & plantagine, & tosa, & vua lupina, & portulaca, & intybo, cum

l.j.

## CÆ LII A C V T. M O R B.

polenta, vel palmulis, & pane. Horū singula apponenda sunt pectori ægrotantis, & præcordijs, ac frequentissime mutanda, quò frigida perseuerent, atque extenta medeantur. Possunt etiam r̄thus Syriaci sextarijs quatuor infusi dīe atq; nocte in aquę sextarijs viginti decoqui, donec quarta liquoris remaneat, atque ita colandus ac rursum coquendus vncijs duabus donec coagulata omnia fiant, inductibiliaque digitis conuoluta, nullam corpori infectionem dimittant, vt vnam vel eādem qualitatem sufficient. Similiter enim imposita constringunt fluida, atque laxata corpora, & stomachi vigorem repræsentant. At si tumor aliquis in præcordijs fuerit, nō sine præcautione erit cataplasmatib<sup>9</sup> localibus utēdum: supra dictis deniq; erit panis admiscendus, quo nimetas constrictiæ virtutis temperetur. At si plurimus fuerit tumor, adhibendū simplicis pollinis cataplasma siue panis infusi, quod Græci omen lysin vocant, ijsdem scilicet locis, sed neque calidum, ne corpus prouocet in sudorem. Nos denique iuxta Sorani iudicium præcordijs imponere hoc cataplasmatis genus solemus. Palmulas, quas Græci patetos vocant, conterentes cum melle leuiter præcocto, asperso lini semine, atque contrito ita, vt qualitatem faciat inducibilem, & vt sæpe diximus quæ attrectata manibus nihil de se inquinamenti dimittat Græci denique amolynton vocauerunt. Tunc linteolo illitum apponimus medicamen. Utimur etiā pane cum palmulis, atque secundum pectus vel thoracem prioribus, & à tergo partibus aliqua ex supra dictis apponimus. Potum dabimus fri-

gidum paruum, atque paulatim, ne liquoris multitudine corpus irrigatum laxetur, sed magis tactu frigidæ qualitatis densetur. Tempus autem cibandi si adiuncta febricula diaphoresi fuerit, erit ex feroore corporis accipiendum, sicut primo libro de febribus scribentes docuimus. At si sine febribus fuerit passio, ex pulsu signum accipere poterimus, cum leuiter erectum senserimus, atque alia concurrentia fuerint leuigata, et enim nunquam ægros nutrire potest accessionis tempore quicquam datum. quippe cum magis opprimat, atque anxiū faciat ægrotatem. Quapropter affectandum artis industria alijs ex rebus vires usque ad dimissionis tempus seruare, & ita cibo nutritre. Utimur nanque odoramentis. Hæc enim sensim quodam nutrimento reficiunt, ac resumunt latentem adiectionem corporis facientia, & cum quadam constrictione ac densitate, denique neq; simpliciter, aut indiscrete omnibus debemus bene olentibus uti odoramentis, aut omnibus acrioribus. alia etenim percutiunt, alia diaphoresim prouocant in fluentem. Sit igitur polenta infusa, atqua panis assus aceto infusus, vel mala cydonia, aut myrta & his similia. Hæc enim defectu extinctam corporis fortitudinem retinent, sicut ratio probat, atq; Democriti dilatæ mortis exemplum fama vulgatum. Utendum etiam mulso bene decocte ne ventrem fluidum faciat. Oportet namq; trit<sup>9</sup> sextarijs, etiam tres uncias mellis admiscere, & ad tertiam decoquere partem, & exinde singulos dare cyathos bibendos. Sic enim cor-

l.ij.

## CÆLII ACVT. M. O. R. B.

poris seruabimus vires, vsq; ad cibi tempus. Ali quando etiam pyra concoquenda duracina, quæ crustumina vocant, vel cydonia mala: cum nondum audemus quicquam de vino dando tentare his vtemur, quæ leniora proculdubio probantur. Erit enim suaue, atq; stomachum reficiens, & constringens supra dictum mulsum, tunc cū cibandi tempus venerit, quod plurima cum catione erit apprehendendum. Siquidem plerisque ex initio accessionis febrium sudores concurrat. plerisque etiam in statu, aut declinatione. Cum itaque inhumectum atque siccum fuerit corpus, erit præcurandum vngtione olei frigidi, lentiscini, aut hispani, ora etiā fouenda aqua frigida ex spongia, singulis partibus attrectatione. Tunc collutione oris aqua frigida dentiū limus detergend<sup>9</sup>. Dandus cibus simplex, sed aliquantulum coagulat<sup>9</sup>, ac frigidus, ne statim sudorem corpori moueat adiectus. Sit autem eius materia panis ex aqua frigida diligenter elutus, vt sui careat difficultate. Itēmque oryza & alica ex aqua frigida, vel suavitatis causa quiddam decocti mellis admixtum. Pultes etiam non oleatae, oua hapala. At si vires minime fuerint reparatae, febribus declinantibus, vt totius passionis minui magnitudinē demonstrent varius est dādus cibus, vt cum prædictis demus aliquid pomorum, vt pyra duracina, & cætera quæ strin gere valent, & vini similitudinem seruant. Sed hæc nunc cocta, nūc syncera dare debemus, mala etiam cydonia atq; ea quæ orbiculata vocat, & mespila, & paleales vuas vel pensiles, quæ iādudū fuerint siccatae, & damascena, carnis etiā

quiddā sed neq; indigestibilis, neq; difficilis, neq;  
pinguis neq; bromosæ, sed eius quæ sit & diges-  
tione facilis & corporis densabilis, ac nutritibilis,  
& sufficiens leuamento fortitudinis extinctæ, vt  
sunt pulli colubarum, vel gallinæ pastæ, assæ, per-  
dices, attagenes: quorū omnium pectora magis  
offerenda, & horū interius, cocta ac tenuiter ac-  
curata ex oleo & aqua, & anetho, & sale. Facile  
enim corrumpunt curiosæ, atq; grauabilis con-  
dituræ. Item si friabilis fuerit caro assata, tanquā  
cornea efficitur. Quapropter si quisq; delectatiōe  
affectus accurari voluerit, erit primo coquenda,  
tunc assanda. dandi etiam porcini pedes, ora, au-  
riculæ, & summitates articulorum: dandum etiā  
cerebrum & vulua. dehinc hœdina caro, vel mol-  
lum caprearum, vel sylvestrium caprarum, aut  
aprorum clunes, quas Græci Λόιας vocant. Itē  
ex mari mullos, squillas, banchos, acus, labraces.  
At si fastidiosi fuerint ægrotantes, damus spō-  
dylos & cōchylia, buccina, peloridas. Si hæc om-  
nia fastidio erunt, dabimus ostrea, & echinos. Itē  
olerum intuba, plantaginem, asparagos. si neque  
ita vires surrexerint tanq; in cōtinuationē huma-  
niore indulgentiam pro dedignatione passionis  
accipiētes, ad vini dationē descēdimus, quod ita  
summū generaliter probamus, vt albū, atq; non  
confusum, & subausterū & medijs temporis eli-  
gamus, qualia sæpe ita vina probantur, quæ sur-  
rentina dicuntur, vel falerna, & tripolina, vel alba-  
na quæ in Italia nata probantur. Item græca,  
chia, & lesbia. At si febres tenuerint corpus, le-  
uiora, atque tenuiora offerenda erunt vīna, vt  
sunt in Italia sabina, & tyburtina, & gentiliter

I.iij.

## CÆLII ACVT. MORB.

Surrentina appellata , vel in Asia trifolina . At si febres nihil obstiterint, erit melius surrentinū, vel trifolinum, atque albanum . Si vehementer corpus in solutionem disiicī viderimus , ex frigido torpore vexari sine vlla febricula,dabimus nutritibilia,ac firmiora vina,vt setinū, & falernum.sunt enim hēc efficacia & quæ facilius omnia quæ de vino speramus,accelerent, sufficiētia fortificare,& totam releuare habitudinē corporis.Omni etiā parti atq; particulæ sese inserare,& per omnes tenues vias celeri potu percurrere. Alia quoque nutrimenta secum trahere, & inducta corporibus insinuare . Sed hæc cum primum dantur medio cibo sunt offerenda cum alica,vel quolibet simili sueco. Aquata etiam atque parua moderatione temperanda , vel certe cum pane dissoluto atque infuso danda. Dehinc paulo plus ac mediocriter mixta cum aqua frigida,ac recenti,vel niuum liquore. Coniiciendū etiam vt mediocriter cibum demus, sed per interualla frequentius , præsentientes iam fuisse digesta prædata: quapropter melius erit paulatim atque frequenter offerre, quām semel ægrū nutriendo grauare. Multi etenim largioribus cibis oppressi,refracti sūt potius quām resumpti. Nā sicut parua scintilla plurima coaceruatione lignorum opprimitur , vel lucernæ flammā accersens, olei multa infusione frustratur , parua autem adiectione,atque sumptione recrescit, & rursus ardescit . Non aliter corporis virtus insumpta ex immodicis nutrimentis oppressa mortis dabit effectum. Signa autem detrahendi vis

ni hæc sunt. Primo torpor atque stupor corporis infractus, pulsus erectior, sudoris quoque fluor primo non frigidus, dehinc abstinetur somnus inseguens, & ad omnia quæq; facilis ægrotantis arrisio. Tunc denique oportet non densè atque semel vinum detrahere, sed paulatim subducere, & magis si febres nullæ fuerint reperitæ. At si post sudoris abstinentiam, febrium fuerint accessiones subsequitæ, & ægrotantes sufficienter resumptos senserimus, omnino vinum extemplo detrahim⁹. Sin vero adhuc imbecillos viribus viderimus, dabimus vinum moderatione cautissima. At si forte cibum reiectauerint, debilitate stomachi concurrente, constrictiuis medicaminibus vtemur, non solum anterioribus partibus, sed etiam posterioribus pectoris apponentes, addita articulorum ligatione, & appositione cucurbitæ, multa flamma subiecta, quæ infligenda erit ori ventris, atque interdum à tergo, nunc ante cibum, nūc post cibum. Qui quidem frequenter ac pene continue erit offerendus. At si in toto non tenuerint cum vino accipientes, tunc ex aceto dabimus quicquam. Si neque ita, rursum ex aqua tentabimus dare. plerique enim ex vino atque aceto sumentes, cum accepta non tenuissent, aqua coniuncta magis cibos tenerunt. In his vero qui fastidio vexantur, erit tentandum ciborum varietate pugnare. Solent enim veluti tentandi pulmenti causa ex multis parua sumendo vnam facere cibi sumptuonem. Affectanda etiam odoramenti resumptio erit, vel nutritium cataplasmatum atque in-

l.iiij.

## CÆLII ACVT. M. O. R. B.

ductionum appositio. At si omnis spes fuerit absumpta, erit per clysterem cibus iniiciendus, sed neque ptisanæ, aut cuiusque labilis qualitatis, quod facile lubrica faciat intestina. Est enim hoc perniciosissimum in cardiacis, quippe fastidio attestante ventris fluorem contouere. Quapropter erunt hec ex lenticula adhibenda, & primo paruissima. Tunc vino cum aqua panis attritus & expressus, sic enim corpori fiet additio, atque vires resurgunt, & stomachus iamdudum supinus fortificatur. Altera constringentur. At si omnes partes fuerint solutione laxatae, similiter haec omnibus sunt adhibenda, in illis etiam quae occulta diaphoresi contabescunt. Differentia etenim accidentium mutata videtur: genus autem passionis idem manet. Dehinc si profectus quisque fuerit supra dictorum adiutoriorum, erit implenda resumptio usque ad perfectionem desideratam, sed tunc a lauacro temperandum, aut multo tardius adhibendum. At si febres perseverauerint, ut in marcorum venire ægritudo meditetur, quem Græci marasmon vocant, ad eius curationem descendemus, sicuti libris de febribus scribentes docebimus. Haec est secundum Soranus cardiacorum methodica curatio.

Quomodo aliarum sectarum principes cardiacos curauerint. Cap. XXXVIII.

**A**ntiquorum plurimi cardiacorum curationem tacuerunt, aliqui vero meorauerunt, ut Serapios, atque Heraclidis sectatores, & quidam Herophili, item Asclepiades & Themison paruissime quidem, at iisdem deceptionibus implicati, phlebotomatum enim, & clysteres adhibent acerri,

mos, & ob calefaciēdū articulorū frigus pannos applicant calidos, & lanas oleo infusas, ac sulfure fumigatas. Terunt etiam oleo veteri ac sycionio cum pipere sulfur & cachry & ammoniaci guttam, & laserpicum cū bulbis. Cataplasmant prēterea ex lasere & bulbis, sympesmatibus vtē tes, quæ nos aspergines dixerimus, item & calce cum pipere, cibis acribus vtentes, atq; edacibus: alij falsamēto, & lasere, & per totum diem atq; noctem vino vscq; ad ebrietatē replerūt. Alij vero in aquam frigidam ægros deposuerunt. Eudemus Themisonis sectator ait per clysterē aquā frigidam iniiciendam. Sed hæc omnia grauia, atque execrabilia, & ægrotantibus pernicioſa esse perspicimus, etenim phlebotomiam nihil iugulatione differre ratio testatur, quippe cum hæc faciat quæ ipsa nititur passio, mentem disiucere, & corpus in mortem per sudores soluere, ac ad sua primordia reuocare defluxionem, atq; casum viarium augere. Quibus deniq; cōmoti eorum successores aiunt esse eos phlebotomādos qui proni ac declives in cardiacam sint passionem. Nō ad uertētes, quia ipsa quoq; in passionem prona declivitas nulla re alia corpus affici quām solutio-ne testatur. Clysteres etiam adhibentes corpora resoluunt, & ob acrimoniam aperiunt, quos vtilles probauerunt. Sed aiunt coaceruatam atq; celarem per superficiem corporis insumptionem retineri cum ad ventrem, vel intestina fuerint cōuersa fluentia. Hoc quidem si more mechanico, ac simili miraculo se facere posse promittunt, vt aperientes ventris interiora, superficiem corporis claudant, erit credibile quod promittunt. Sin

## CÆLII ACVT. MOR.

vero, ut in omnibus videmus, superficiem fluentia augeri potius q̄ minui interiorum fluxu, de bilitate crescente cognoscunt, contrarius procul dubio clysteris vsus accipitur, atq; fluentium relaxator. Dehinc consequens non est, imò etiam incongruum iudicandum articulos igneis medi caminibus confricare, vt ex alto ad semet materiam ducat: iniçere quoq; intestinis acriora, vt illuc concurrens ex articulis materia, atq; ex omni corporis superficie attrahatur rursum ad altiora corporis conducta, similis erroris esse probatur. Est igitur melius propria viarum ac natura spiramenta seruare, & non infraicta corporis fortitudine, acutiori atque celeri solutioni corpus aptare, feruentia vero & ignea & vrentia ad visa mentis simplicia, quæ appellat phantasiam, sunt frigori atq; torpori congrua. Ad virtutem tamē incōgrua, est enim solutioni accidēs atq; comes corporis frigid⁹ torpor, qui feruētibus rebus aucta passiōe necessario dupliceſ. Ieruit enī domi nātibus appēdentia. Dehinc acria, siquidē nō sint mitigatiua, celeritatē passionū acutiorē faciunt adiuādo. Prohibemus injectionē aquæ frigidæ, siquidē celerrime calefacta interiorū feruore ad suuet solutionē, faciat etiā delectatione quadā vē tris officiū prouocari. Nō aliter & in aquā frigidā deponēdos phibemus ægrotos, nō enim manet lenis atq; mitis cōstrīctio. Itē ex sinapi cata plasma phibemus, siquidē sit recorporatiæ virtutis, quā grēci μετασύηρισμ vocāt, cū passio atq; eius celeritas mitē demōstret atq; exigat curationē. Prēterea sinapismi acrimonia hortationē fieri sudorū, nemo est qui nesciat. Sicut enī semp

Lachrymā cōmouet oculorū acrioris humectatio  
collirij,nō aliter supradicta cōtingunt. Itē bulbo  
rū putamina molliūt,nō cōstringūt. Illa vero quę  
eorū corporalēta vidētur,recorporatię virtutis es-  
se noscūtur. Reprobamus etiā aspergines ex cal-  
ce atq; fēcibus,& pipere. Hęc enī singula corp<sup>9</sup>  
incēdūt,& in ignis vicē suburūt, & superficiem  
corporis vulnerāt:quo fiet vt s̄aþe trāsitū faciant  
in grauissimos tumores . Nō sunt hęc deniq; ex  
genere mitiū adiutoriorū. Est etiā iners alliū dare  
atq; laſer,& ſalfamēta,vel cōmuniter acriores ci-  
bos:sunt enī digestione in vētre difficiles,atq; in  
ſpiratione corporū tardi,& inflāt. Hęc nūc cōi-  
ter omnib<sup>9</sup> rēspōdēda. Etenim Tarētinus Hera-  
clides phlebotomat atq; clysterizat,& calidis,&  
laxatiuis vtitur cataplasmatibus. Nūc quomodo  
Asclepiadem adhuc quidam rectē loquutū acci-  
pian, & ea quę posuit principalia, retractemus.

Vtrum rectē Asclepiades cardiacos cura-  
uerit. Cap. XXXIX.

**H**Ic quoq; ſecūdo libro celerū,vel acu-  
tarū paſſionū prouidēs ne qua ſit in  
corpore cruditas, clyſteres adhibet  
operātissimos,ob trāſuertionē faci-  
endā. Primo nesci⁹ quę ſit opans in  
cardiacis cauſa,& tāq; Herophil⁹ ſectator idige-  
ſtionē,atq; corruptionē intuendā existimās. Secū-  
do ignarus quia poſt antecedentē diē eſſe in cor-  
porib<sup>9</sup> indigestio potest. At vero cardiacorū paſ-  
ſio frequēter quinta,vel ſexta die emergerē per-  
ſpicit. Tertio eſt grauis,atq; noxia clyſteris inie-  
ctio,nō ſolū ſolutione lobarātibus celeri,ſed eti-  
am in ſtrictura affectis. ſiquidem cōmoueat atq;

## CÆLII ACVT. MORB.

turborem corporis efficiat, quando fuerit operosior ac frequens, ut Asclepiades iubet. in diaphoreticis vero interfici liuor esse probatur. Ipse denique Asclepiades de peripneumonicis scribens confitetur noxios esse clysteres, dicens: clysterū genus non in peripneumonicis solum noxium, sed in omnibus etiam sine febre passionibus insidiosum, atq; vexabile corporum, eorum vsum iudicamus. Item specialiter indicans iniectionum vexatione eas corporum solutiones augeri, atque iactationes, & sitim vehementem. siquidem sint inquit, virium caprices. item clysterum vexationem etiam in pleuriticis demonstrauit. Similiter & in phreniticis tanquam interfetricem metuit ventris turbatam solutionem, quorum debuit memor neq; in cardiacis clysteres adhibere. Alios enim plurima stercorum grauatioē oppressos, & propterea sudātes salutare est releuare clysterē ad mentis alienitatem detrahendam, sed hoc simplici atq; miti vsu clysteris, quos ita affectos nō dicimus esse cardiacos. Item post iniectionē adhibet cataplasma sinistrę mamillā constrictiū e virtutis, sed corpus ob excludēdum frigidum torporem calefaciēdum probat unctiōibus olei veteris, ac defricandum manibus calidis, & panis circumtegenda loca, ex quibus calefactiones atque unctiōnes superioribus dictis excludendas asseruimus. Constrictiua vero cataplasmata non solū sinistræ mamillā erunt apponenda, sed omni pectori, atq; præcordijs. Erat autem Asclepiadi consonans approbanti tumorem in corde constitutum, similiter laxatiua cataplasmata eidem adhibere, dehinc est incongruum, atq; non conse-

quens affectare per clysterem è corde aliquid trahere, & constrictiis cataplasmatibus è superficie corporis materiam ad id quod patitur reuocare, ut stricturam quam esse in tumore cordis aduerterat, duplicare videatur. Iubet etiam dari vinum noctibus, diurnis, atq; iugiter, sed id vinum cui salem miscuerimus, & appellauit tethalassomenon. Cito enī inquit currit, ac labit, & ad omnina corporis membra perueniet. Cibum dat bestiam cū lenticula, & appellauit seutlophacen, vel lenticulā cum ptisana, aut oryza, aut alica vel aliqua ex maritimis, & quid ultra inquit ea nos dare conuenit, quæ ægri fuerint voluntati gratissima. Probat autem vinum dandum post cibum: siquidē solum facile penetret ac pertranseat corpora, non aliter q̄ si sine vlla fæce per liquatoria fundatur, quorum cauernæ, nullis obstantibus, facile accipiunt, atq; reddunt accepta. At si post cibum (inquit) datum fuerit, manebit: non aliter q̄ si cum fæce, vt supra dictū est, in liquatoria fundatur. Iubet etiam meracum mixtum dari. Hac enī ratione (inquit) exustæ viæ tanq̄ ex igni conductæ sudorem retinendo constringunt. Est nunc iners & inertiae plenum tota die atq; nocte vinū dare, & cibo nutrire. Plurima enim adiectioe nutritimenti vires opprimi necesse est. Item ptisana ventrem commouet, in fluorem lapsum, suæ faciens qualitatis: contraria deniq; lenticulæ qualitatibus probatur. Vinum quoq; incongruum, atque intemporale, & immodicum probatur. Incōgruum, siquidem sit falsum, quod appellauit tethalassomenon, & propterea ventrem soluat, & ex omni corporis parte vires deponat, sit præterea

## CÆLII A C V T. M O R B.

Inflabile, atq; virium vexabile non solum ægrotatibus, sed etiā sanis hoībus. Forsitan hoc & feruens dederit. Tacuit enim frigidum dādum, culpans deniq; libris, quos de lue conscripsit, Cleopanti sectatores vīnum frigidum dātes. immo dicum diximus, siquidem plurimum det atque extētum, & meracum temperamento querit, cum etiam sani quanto plus biberimus, tanto plurimum sudoris effundimus. Intemporaliter autem: siquidem ante declinationem dandum iussērit. Est prēterea ridiculum, quod post cibum dandum vīnum propterea dicat, ne citius curans corpora pertransfeat, probans econtrario falso dandum quo citius corpora penetret, ac suos effectus exhibeat. Hic est ille Asclepiades frigidans, atque calefaciens, exantlans atque repellens, & contrarijs semper vtens rebus, in his passionibus.

Vtrum recte Themison cardiacos curauerit.

### Caput X L.

**H**emison vero quædam recte dixisse perspicitur ob cardiacorum curationem, quædam praeue. vino namque cum amylo trito cum bulbis & ammoniaci gutta cū vino & ovi albore & pipere trito cum sinapi corpora defricanda existimat. Dat etiam cibo alleum cum pipere, dehinc in scaphulam deponi iubet ægrotantes, quæ sit aqua plena calida. Item post cibū adhibet gestationem, siquidē sint, inquit, imbecilla, ac debilia nimium corporis officia, & indigent hoc adiutorio, quo parti etiam caro commoueatur, sed promota substātia, hoc est spiritu, hoc

est nutrimento, ex quibus concreta perspicitur. Quæ omnia facere valet gestatio, omni corpori suffundens materiam. Mox deniq; inquit alleuatos, atq; magnitudinem accipientes pulsus inuenimus. Sed hæc Asclepiadis nullis sunt adiungenda. demonstrauimus enim feruentium medi caminum frumenta esse necessario noxia, & sanguini. Tentat etiam inflabiles cibos, & quanquam hæc sint omnibus celeribus atq; acutis passionibus inimica, multo tamen vehementius cardiacis. Gestatio vero & incongrua & intemporalis esse probatur. Incongrua inq; siquidem sit laxativa, omnis etenim motus viarum efficit raritatem. Intemporalis autem, siquidem post cibum fieri iubeatur. Etenim si sanos post cibum vexat motio, non permittens naturæ quadam requie ac tacito motu ad suos effectus accepta perducere, quid sperare de ægris ac solutione laborantibus poterimus? Pulsus vero post gestationem erigitur cardiacorum, nō ob resumptionē virium, sed ob turbationem corporis motu conceptam, ex qua magis adiuuari passionem dissolutione corporis iudicamus. Hic ratio celerum cum febri culâ passionū curationis terminatur. Nunc trans eundum ad eos qui sine febribus esse noscuntur.

Libri Secundi finis.

## CAPITA LIBRI TERTII.

- |  |            |
|--|------------|
| De synanche.   | Cap.I.     |
| Quæ consequantur synanchicos.  | Cap.II.    |
| Quomodo curandi sunt synanchici.   | Cap.III.   |
| Quomodo synanchicos aliarum sectarum principes curauerunt.   | Cap.III.   |
| De apoplexia.  | Cap.V.     |
| De conductione quam græci spasmon vocant, & distensione quam tetanon appellant, & earum speciebus. | Cap.VI.    |
| Quomodo discernim⁹ raptum quem græci spasmon vocant à tremore atq; saltu.                          | Cap.VII.   |
| De curatione.  | Cap.VIII.  |
| De hydrophobia.  | Cap.IX.    |
| Quæ est diffinitio siue agnitus hydrophobiae.  | X.         |
| Caput.   |            |
| Quæ sequuntur eos qui in hydrophobicā passione proni ac declives esse videntur.                    | Cap.XI.    |
| Quæ sunt similia hydrophobiæ & quomodo internoscantur.   | Cap.XII.   |
| Vtrum ne animæ an corporis passio sit hydrophobia.   | Cap.XIII.  |
| Quis locus in hydrophobicis patit.   | Cap.XIII.  |
| Vtrum noua passio sit hydrophobia.   | Cap.XV.    |
| Quomodo curādē sūt hydrophobiæ.  | Cap.XVI.   |
| De acuto tormento quod græci ileon vocant.   |            |
| Caput.   | XVII.      |
| De satyriasi.  | Cap.XVIII. |
| De cholericis.   | Cap.XIX.   |
| Quæ sequuntur eos qui colerica passione afficiuntur.   | Cap.XX.    |
| Quomodo curādi sunt colerici.  | Cap.XXI.   |
| De defluxiōe, græci diarrhoeā vocat,   | Cap.XXII.  |

CAELII AVRELIA  
NI METHODICI SICCEN-  
sis Oxeon Liber Tertius.  
De Synanche.

## Caput I.



Elerum cū febricula pa-  
sionum curationem præ-  
scriptis tradidim⁹ libris;  
nunc autem earum quæ  
sine febribus esse noscun-  
tur ordinabim⁹, quo cun-  
ctarum perfecta distictio  
cōpleatur. initium nanq;  
à synanchica passione su-  
mem⁹, quæ nomē à suspēdij similitudine habet  
ꝝ non aliter q̄ laqueus præfocans interficiat, nā  
græci Anchonas suspendia vocauerūt: siue quòd  
spiritū continendo spirationē neget, græci enim  
συνέχεια continere appellāt. Alij vero etiam Cy-  
nanchen, vel lycanchen hanc passionem vocau-  
runt, siquidem frequenter hæc animalia afficit.  
Nam canes cynas, lupos lycos vocauerunt, quo-  
rum quoq; similes voce siue v lulatus in synan-  
chica passione constituti, cum præfocari cœpe-  
rint, emittunt. Synanches igitur alia est sine ma-  
nifesto indicio, alia cum visibili atq; manifesto:  
& alia intra oris spatum, alia exterius, alia ex-  
vtroque hoc, exteriore atque interiore: parte dex-  
tra vel sinistra, aut in vtraque. denique quidam  
specialem discretionem etiam nominib⁹ posue-  
runt, vt Valens physicus libro tertio curationū.  
Eam igitur quæ sine manifesto tumore est, sine  
nomine reliquerunt. Eam vero quæ cum mani-  
m.j.

## CÆ LII A C V T. M O R B.

festo, si in vtraqz (aiunt) parte interiorū fuerit, cy  
 nanchen vocandam, siquidem faciat difficultatē  
 spirationis, atqz oculorum prominentiam, & lin-  
 guam procidentem tanquam canibus auidis sæ-  
 pe contingit, cū ea quæ minime transuorare pos-  
 sunt, admonente natura auiditate impauida mi-  
 nas contemnentes inuadunt, quæ sæpe faucibus  
 inhærentia atqz ancipiti retentione tardata, neqz  
 percipere, neqz reddere valuerūt. Eā vero, quæ in  
 altera fuerit parte, paracynâchen vocauerūt. Itē  
 in exterioribus, atqz vtraqz parte tumore consti-  
 tuto hyanchen appellauerūt, siquidē suum colla  
 his s̄epissime inflationibus affiantur, quos græ-  
 ce hyas appellāt. At si interius atqz exterio & in  
 vtraqz parte fuerit tumor, tunc proprio nomine  
 synâchen memorant nūcupandā. At si in altera  
 fuerit parte, parasynâchen. Nihil autem refert  
 speciales differētias proprietate nominum sepa-  
 rare. Antecedentes causæ quibus hæc sufficitur  
 passio aliquę sunt occultæ, aliquæ manifestæ, atqz  
 cæteris quoque communes passionibus, maxime  
 tamen conabiles atqz laboriosi vomitus, plus eti-  
 am si post cibum iam corruptum: Item vinolen-  
 tia, vel niuis potatio, aut exclamatio vehemens,  
 atqz eodem modo perseverans, quam græci mo-  
 notonon vocant. Item **Catarrihus** & acriores ci-  
 bi præter consuetudinem accepti, item feruētia,  
 atque ignita medicamina pota, vel purgatio per  
 helleborum prouocata, quibusdam etiam fœmī-  
 nis menstrualis retentio purgationis. Afficiuntur  
 autem hac passione magis viri quàm mulieres,  
 quorū plus ætatis mediæ & iuuenes, quàm pue-  
 ri atque senes. Hanc diffiniens Asclepiades pa-

sionem secundo libro explanatorio aphorismorum  
Hippocratis synanche, inquit, est humoris fluo-  
r, siue humectatio fauciū, vel summitatis ipsa-  
rum sēpissime ex capite accidens, sed hoc pec-  
canter diffiniūt. Omnis enim humoris fluor quē  
rheumatismum vocant, multi liquoris est lapsus,  
siue egestio. In synanchicis vero tumor videtur,  
& non, ut supra diximus, humoris plurimi ege-  
stiones, nisi hoc aliquādo ex pressura venerit. Nos  
vero iuxta Sorani sententiam synanchen dici-  
mus difficultatem transuorandi, atque præfoca-  
tionem acutam ob vehementiam tumoris fauci-  
um, siue in locis quibus nutrimenta transuorauim-  
us. Adiecta est autem transuorandi difficultati  
præfocatio celerima, siue acuta, ad discretionem  
tumoris tonsillarum siue vuæ. Vbi enim synan-  
che fuerit, etiam tumor necessario locorum su-  
pradicitorum consequetur, sed non illico, vbi tu-  
mor fuerit eorundem, etiam synanche nuncupa-  
tur. Siquidē qui mediocri difficultate fuerint trās-  
uorandi impediti, nondum synanchici videntur.  
Hæc enim in magno tumore passio intelligitur  
habere substantiam. Item ad discretionem præ-  
focationis illatæ per laqueum. Est enim ipsa qua-  
que acutissima, atque celerima præfocatio, sed  
non ex tumore descendens.

Quæ consequantur synanchicos. Cap. II.

**S**equitur autem eos qui iam passio-  
ne tentantur querela sine vlla rati-  
one, atq; difficilis mot⁹ colli, & guttu-  
ris. Item saliuatio plurima pr̄eter tu-  
morem, & subdolens faucium sens-  
sus, cum asperitate sensibili. Itē difficultas trans-  
m. ij.

## CÆLII ACVT. MORB.

uorandi liquoris soliti saliuarū more collecti, tūc spirationis velut impedimentum tanq̄ obstantis crassioris humoris. Surgente vero ac crescēte paf sione sic vt manifesto tumore fuerit rubēs facta, videbitur tumor faicum, atque vuę, & supra lingua partium, & summitatis gutturis, cum dif- ficultate transuorationis omniū acceptorū. Præfocatio etiam pro tumoris modo, spirationis dif- ficultas, & nausearum prouocatio. Dehinc sicca tensio si quis os ægrotantis aperuerit, & digito linguam oppresserit, inuenitur. Crescēte vehemē- tius passione, omnium tumor efficitur, colli atq; vultus, & humoris crassioris, ac saliuarum fluor, oculi prominentes, sanguinolēti, & venarum ex- tentio. At si peius increuerit, linguæ ultra dentes ad exteriora prolapsio, ariditas siue siccitas fauci um, articulorum gelidus torpor, pulsus celer, den- sus, iacēdi difficultas, & magis in supino schema te, vel in latere, frequēs etiam sedendi cupiditas, item loquutio non articulata, sed confusa, atque cum dolore. At si in exitium passio cœperit ferri, liuor vult<sup>9</sup>, vocis amputatio, gutturis atq; pecto- ris stridor, & recursio, siue recursus poti liquoris, pulsus defectio, quā græci ἀσφυγμα vocāt, & quibusdā caninus vocis sonit<sup>9</sup>, quibusdā oris spu- matio. Tūc etiā necessario mortis effectus. At si sine manifesto tumore fuerit passio, sequit̄ collo- rū tenuitas, cū extentione atq; subrectione infle- xibili. Itē vult<sup>9</sup>, oculorū cuitas, frontis extētio, color plūbeus, spirationis difficultas plurima, nul- lo, vt supra dixim<sup>9</sup>, manifesto tumore, siue infla- tione aliqua apparēte, necq; in externis partibus, hebetudo plurima, atq; imbecillitas ægrotantis,

& celerrimus, vel acutus cū præfocatione mortis effectus. At si circū colla se ignis acer infuderit, siue in pectore apparuerit, & fuerit perseverans, frequētissime bonū portēdit, siquidē ascensus tu moris ex alto ad superficiē venire videatur. At si sine vlla ratione adiutorij cuiusq; medicinalis neficij repente nō apparet, salutē negabit. descēsus enim à superficie corporis ad altiora monstratur. At si forte nō secūdo irruens, vel ex alto acceptus ad superficiē fuerit ignis acer, sed antecedens passionē, aut eidē cōcurrens, omnia mala significat. Humor autē plurimus, siue saliuarum fluor in crassitudinē coactus si in statu apparuit, mala ostēdit. Post statum vero passionis, salutaria pollicetur. Alias enim plurimā præfationē significat, alias corporis laxamentū, in quibus dam etiā tantū tumor increscit, vt stricturā faciat in faucibus atq; gutture, & mento. Est autem passio stricturæ acuta, atq; celeris, & vehemēs, & s̄apissime continua, aliquando intercapedinata.

Quomodo curandi sunt synanchici.

### Caput III.

 Portet in passione cōstitutos, iacere loco lucido, atq; moderatae amplitudinis, nullo etiā odore corrupto, calido. Est huiusmodi laxatiuus aer, & qui primus tumētibus partibus miscetur, iacendi schema esse supinū cōuenit, pauclo leuatius capite collocato, firma atq; immobili positioē, vel qua se magis releuari ægrotantes dixerint. Omnis enī motus dolidus est tumore oppressis. lanis etiā mundis ac mollibus & nō infestis, dulci atq; calido oleo ifusis colla protegēda m. iiij.

## CÆLII ACVT. MORB.

cū thorace, adhibita articulorū blāda fricatione.  
Trāsmittitur enim naturalis vaporis laxamētū,  
etīā ad illas partes quæ patiūtūr. Adhibēda quo-  
q; requies & abstinentia vsc; ad primā diatriton  
cū gargarismate laxatiuo, cuius species siue ma-  
terias paulo pōst subijciemus. Adhibēda etīā fo-  
mētatio olei dulcis calidi, & apponendæ exterio-  
ribus partibus vesicæ oleo dulci calido semiple-  
næ. Adhibenda etīā phlebotomia si vehementer  
passio coegerit, intra diatriton. Etenim indiget re-  
pentina sanguinis detractione, ob celerrimū laxa-  
mentū. Si autem minus necessitas impulerit, in  
ipsa diatrito, vel durantibus viribus etiam post  
ipsam phlebotomia poterit adhiberi, si tunc  
necessitas emerserit faciendi. Cuius facti rationē  
de specialibus adjutorijs scribentes docebimus.  
Igitur itra diatriton phlebotomato erit post de-  
tractionem sanguinis caput fouendum, atq; col-  
lum oleo calido, & ex eodem auribus quiddam  
immittendum, tunc gargarizandum. Potum da-  
bimus aquam calidam, vel mulsum, & non co-  
aceruatim, sed paulatim, ne transuoratione graui  
ac percussu tumentia indignentur. At si in ipsa  
diatrito flebotomiā adhibuerimus, oportet post  
detractionem factam circū vngere corpus ægro-  
tatis oleo dulci, atq; calido, & faciē aqua calida  
mediocriter fouere. Tūc sorbilē cibum dare, sed  
omnino tenuē, vel fluidum, vel panē ex mulso  
tinctū. At si transuoratio fuerit difficilis, qua ob-  
sistente nō percipiāt ægrotates accepta, erit suffi-  
ciens viribus fulciendis mulsum guttatim fauci-  
bus infusum, perseverandū etīā vsc; ad declina-  
tionē passionis in alterna dierū cibi refectiōe. Cō

uenit præterea post phlebotomiam sequentibus diebus cataplasmatibus vti, quæ circum colla erunt extrinsecus apponenda, miti tamen simplicitate confecta, vt est panis calidus ex aqua & oleo, vel mulso diligenter emollitus, vel pollines tritici, aut hordei, aut semenis lini, aut fœnugræci. Singula hæc siue commixta ex calida & oleo & melle, vel aqua in qua fuerit hibisci radix, aut cōtrita & admixta. mutāda præterea frequētius erūt hæc cataplasmata, ne pseueratiōe sui corrumpa corporis exhalatiōe in acorē veniāt. erūt etiā calefaciēda, quo tardi⁹ maneāt euaporata, positis extrinsec⁹ saccellis ex cātabro aq̄ cocto cōfectis, vel vesicis calida & oleo semiplenis. Cōuenit etiā spōgiarū vaporatio, expressarum ex aqua calida, aut admixto oleo, vel decoctione mitium materialium laxatiuæ virtutis. Apponendæ quoq; spōgiæ collo atq; gutturi, & his partibus quæ haustū negāt, vel ori & naribus, iubendus æger apto ore ad semet vaporē rapere. Descēdētes enī ad altiora haustu raptæ vaporationes tumorē relāxāt. sūt etiā gargarismata cōgrua cataplasmatib⁹ vt oleū dulce est, atq; calidū, vel calida & oleū, tūc mulſū aquatū, & decoctū, & lac singulare, siue cū melle, aut aqua admixtū, vt oīa detergātur, quæ forte lactista ctu fuerāt derelicta, ne remanētia feruore locorū in acorē veniāt. Itē vt edū decoctionē cantabri atq; glycyrizę, vel lini semenis, ac fœnugræci, sed nūsq; ad crassitudinē succi decoctionē ob viscosā tenacitatē humorū fluori cōnexa difficultatē faciāt spiratiōis. Tūc etiā decoctionē hibisci, vel maluæ agrestis, aut myxarum syrarum, aut musci herbæ atq; palmularum pinguium, vel fici

m.iiij.

## CÆLII A C V T. M O R B.

succulenti. Item succo halicæ aut ptisanæ. At si passio coeperit declinare, cōuenit etiā cybariticū & creticū passum. Ea vero quæ sunt leuiter strigentia quæ appellant stymmata, nunc incōgrua iudicamus. His enim vtemur quoties initia fuerint passiōis, leuib⁹ adhuc querelis affecto ægrotante, aut dolore leui in faucibus, vel vua. Tunc enim etiā Thessalus adhibendā poscā iudicauit, siquidē pronos atq; in passionē synanchicā declines, nec dum tamen patiētes vocauerit. Utendū deniq; nō solū posca, sed etiā decoctiōe leuiter cōstrigētiū materiarū, vt rosarū, palmularū thebaicarū, lēticulę, myrti, lētisci, mastichis, quæ singula erunt in mulso decoquenda, vel quolibet ex predictis succo, quoties viderimus constrictiuam virtutē admixtione laxatiui liquoris esse frangēdā. facit etiā oryzæ succus, atq; diacodion medicamen mulso resolutū, ac sæpe substātia seruata fauçibus illitū. Nō aliter etiā quod diamoron appellatur, & dioporon, & dyamyrrhinon, siue Andronios, & Polyidæ sphragis, & Anthera cū melle, & omne medicamē quod confectū sit ex malo cotoneo, aut punico, vel rosæ floribus, vel malipunici cortice, siue galla, vel omphacio aut lycio, & his similib⁹, sed in augmēto passiōe cōstituta illis vtemur, q̄ supraiadudū memorauim⁹. humore p̄terea ex feroore nutritū, si glutinosum viderimus factū, tāq; in oculis supnatātē, sp̄ogia calida detergimus, sin vero in alto fuerit cōstitutus, dyopyrena imissa p̄tecto eius capite lana molli, ac lippida. Etenī si remāserit, p̄focationē magis accelerat. At si nimiū altiora tenuerit, vt videri non possit, erit tenuādus, dādo mulſū, sed p̄coctū. Est enī

efficacioris virtutis, q̄ si non fuerit coctum. Quisdam etiam ptisanam dederunt paruo sale admixto. sed sunt fugienda quæ usque ad sensum veniunt mordicationis: siquidem tumoribus prouocatis fluor quoq; humorum crassescat. At si venter officium non agnoverit, etiā clystere utemur, iniiciētes aquam calidam cum oleo, nunc solam, nunc admixto melle. Etenim surgens ex isto liquore vaporatio collaxat tumentia, & egestus venter facilia facit spiramenta, non solum synchicis, sed etiam sanis hominibus. Manens enim alienitas grauat, atq; oppressione quadam aceritas facit corporis exhalationes, quibus tumētia prouocentur, caput impleatur. Sed post clysteris usum erunt etiam cucurbitæ cum scarificatione apponendæ, dimissionis tempore. At si continuatio fuerit, initio lucis, quo tempore etiā cæteris districtiis adiutorijs uti cōducit. Apponendæ alię igitur collo tenus, vel gutturi que loca anthereona Græci vocauerūt. Item ceruici siue neruis maiorib⁹ quos tenontas appellant. Itē singulas ex vtracq; parte sub auriū lacunis, quibus in locis etiam faucium positio esse perspicitur. At si passio perseverarit, & æger ad perferendam curationem fuerit mollis, vt ferri cuspidem metu se contingi prohibeat, sanguisugas, quas Græci βδέλλας appellant apponemus iisdem locis, quæ supra memorauimus. Tunc post earum casum si minime factam fanguinis detractionē viderimus, cucurbitas apponemus, vt præfecta sanguisugārū vulneratione raptu cucurbitæ detractio compleatur, & olei somēto utemur, atq; cataplasmatibus consequētibus & vaporationi-

## CÆLII ACVT. MOR.

bus, dehinc epithematib<sup>9</sup> oleo calido infusis, tūc superpositis spongijs ex eadem materia expressis vaporamus. Etenim saccorum siccum vaporationem tanq̄ densabilem reprobamus. At si maior fuerit tumor ipsam quoque linguam scatificamus, atq; fauces & palatum tenui ac lōgio re phlebotomo. etenī locali sanguinis detractio- ne tumentia relaxātur. Tūc post scarificationē mitibus gargarismatibus vtemur. Si declinare passio coeperit, etiam subunctionibus faucium, vel interiorum vtemur, vt melle decocto, vel me dicamine confecto decoctione agrestis maluæ, & fœnugræci seminis, & lini cum amylo & melle, & oleo vel vuæ passæ medio projecto, ac se creto semine contritis cum pane vel decoctione lini seminis, vel melle & passo cretico quibus in cocta sit radix agrestis maluæ, vel alicæ, atq; lini seminis pollines. At si passio perseverauerit, se cundo vel tertio scarificationem adhibemus, nō solum gutturi, vel tonsillarum vicinitati, quam Græci antheona vocant, & neruis maiorib<sup>9</sup> cer uices quos tenontas appellant, sed etiā occipitio & palis, & interscapulæ, quod Græci metaphrenon vocant, & pectori. Etenim quanq; vehemē ter loca transuorationis patientur, cæterę quoq; partes corporis necessario consentiūt. Multi deniq; nō aduertentes rationem reuincendę passio- nis sola auersione materiæ pugnantes, atq; in li quidis causis ponentes principaliter aiunt ingui nibus cucurbitas infigendas tūc præcordijs, tūc supra mammas cum scarificatione, dehinc gutturi atque collo eiūsque partibus. At si declina- tio fuerit confirmata, dabimus cibo pulsem atq;

qua sorbilia, vel porcinum cerebrū, longè seruātes omne quod fuerit acre, siue immodece appetibile, vel inurens, vel vinosum, vel asperum, aut aridum, vel quod valeat transuorationis loca lacessere, facile etenim passio ex occasione parua recurrit. Apponenda etiā cerotaria ex oleo dulci, aut cyprino, vel glaucino, aut irino confecta, vel malabathrino, cum radice hibisci. Tunc lauacrum vtendum ac deinde vino.

Quomodo Synanchicos aliarum sectarum principes curauerunt. Cap. IIII.



Ntiquorū Hippocrates libro quē ad sententias Cnidas conscripsit, ex vtroque inquit brachio synanchicos phlebotomari. Sed hoc erit euitandū, siquidem coaceruata sanguinis effusio, animi faciat defectionem, & propterea prohibeat tantum detrahi, quantū sufficiat ad relaxādam stricturam. Diuidit etiam venas sub lingua constitutas, quod est non solum inutile, verum etiam noxium. siquidem incongrua sit ex locis patientibus sanguinis per venas detractio. Plurima etenim in exitum prouata materies confluens, necessario completis locis abstenta modum superat detractionis, vt grauatae partes potius aduentu, quam releuatae recessu materiæ videātur. Dehinc subleuādarū venarū causa erit laqueus circūdandus, & tunc maxime, quādo sine ullo manifesto tumore synāchica fuerit passio. Laqueus autem, quod præfocationē augeat, nulli dubium est. quinetiā sanguinis fluorem ex supra dictis venis difficile

## CÆLII A C V T. M O R B.

posse abstineri perspicitur. Neq; enim aliqua cōstrictiua adhibere sine vlo periculo poterimus, neq; diuisa colligare erit cuiquam possibile. Est etiam naturale tumentia loca post diuisuram in fluorem sanguinis facile deuenire. vtitur quoque gargarismatibus calidis, atq; vaporationib<sup>9</sup>, quorum materiam non enarrauit. Dehinc caput corradi, & iugiter vaporari iubet spongijs, tunc cōtegi cerotario, atq; lana. potum dat aquam calidam, & mulsum, passione declināte succo cibādos dicit, cuius speciem non enarrauit. Nescius etiam quòd in plerisq; declinatio post quinque dies, vel sex adueniat, & sit immodica vsque ad eius initiū cibi abstinentia. Vaporare verò oportet, sed nō caput magis q̄ colla atq; gutturis exordiū, quod Græci anthereona vocāt. Tūc post vaporationem fouere, atq; cerotarium declināte passione apponere. Itē neq; potū, q̄tum dandū, vel quomodo, vel quando, manifestauit. Præterea secundo libro de morbis clysterizādos inquit, atq; purgatiuis medicaminib; reueuandos, quæ Græci cathartica vocant, quorum ex acrimonia magis tumentia prouocātur. phlebotomari quoque ex locis sub mamilla constitutis, noxiū atq; putidum iudicamus. Noxiū, siquidem plurima oporteat corpora diuidi, cum neq; facile sub vi- sum venæ deuenire possunt. Putidum, siquidem sine vlla difficultate ex brachio potuerit sanguinis approbari. detractio. Dehinc iugis atq; coaceruata materiarum detractio, clysterum & purgatiuorum medicaminū, & phlebotomiæ, vexabilis esse perspicitur. Itē si plurima (inquit) præfocatio occurriterit, clysteris auliscum quem nos

tibiam dicere poterimus, faucib⁹ inquit immittendum, incendens hyssopum, sulphur, bitumē, quorum rapere odorem præcipit ægrotantem, per eandem fistulam, quorum sine dubio promptus est error. Nititur enim immittere fistulam faucibus, quæ neq; aërem tenuissimum percipere possunt vi passionis oppressę. Dehinc austero fumo ægros implēdos existimat, quo sēpe etiā sani præfocatione afficiuntur. Ultimo etiam ex duobus brachijs atq; venis sub lingua constitutis sanguinem detrahendum probat, quod supra damnantes frustrauimus. Non enim sine multa corporis vexatione fiet. Diocles verò libro, quo de passionibus & causis & curationibus scripsit, sanguinosos inquit homines ex vtroc⁹ brachio phlebotomandos. Eos autē qui minus sanguinis habuerint solum scarificandos. Tum felle tauri no cum herba pediculari quā staphida agrian vocat & nitro &occo cnidio iugiter inquit vngēdos, vt̄s etiā gargarismatibus ijsdem. Dat quoque sub lingua piper continendum, vaporans spongijs collū, & cerotarijs contegens, præcipiēs ægrum tenuandum ultra q̄ fas est. Neq; nūc solos phlebotomandos sanguinosos probamus: sed omnes passione affectos, permittentibus virib⁹: neq; ex vtroc⁹ brachio, vt supra docuimus: neq; acerrimis vtendum vnguentis, & gargarismatibus, sicut neq; in tumoribus oculorum similibus inunctionibus. Etenim staphisagria etiam sanos plerunque synanchicos fecit. quum repente inflationem fauciū fieri cogit. Dehinc omnino neq; tenuari deducendo corpus siue ei⁹ habitudinem, cōuenit medicinę, sed relaxare tu-

## CÆLII ACVT. M Ø R B.

mentia rebus congruis ac remissiuis. Item Praxagoras quarto libro curationum synanchicos clysterizat, & sudoribus puocatis deducit, aliquando etiam phlebotomat, dans quoq; medicamen vomificum, quod emeticon appellant. Tūc vuā præcidit, vel aliquando diuidit, & pice lenta vulnera curat, sed horum iudicium ex alijs accipiē, dum probamus, nam vomitus ingens distentio- ne & præfocatione sæpe peremit. Dehinc tumēs vua laxatione indiget, nō amputatiōe, sicut neq; aliæ quoque corporis partes, quæ necessario erūt mitigabiliter relaxandæ. Erasistratus secundo libro anatomicoū de singulis passionib<sup>9</sup> scripto, in quibusdā inquit synanchicis vaporatione vtē dum spongiarum, atque cataplasmatibus, & ex vino medicamen transuorandū quod catapotiū appellauit ex castoreo cōfectū, sed omnia peccāter. etenim vinū constringit, castoreū vero acer- rimæ esse virtutis nemo negat, quæ indubitāter sunt tumorī cōtraria. Herophilus de synāchicis nihil dixit. Asclepiades verò secūdo libro celerū vel acutarū passionū inquit, synanchicis conue- nit sanguinis detractio atq; ventris depurgatio, & cataplasmata & oris collutiōes & gargarisma- ta, & superunctiones tenuabiles, atq; apertibi- les vt sunt ex hyssopo, origano, & thymo, meli- loto, absinthio, fici coctiōe, nitro, staphide agria, centaurea, elaterio, felle taurino, cedria, adijciens etiam cucurbitę vsum cū scarificatione. Negans quidem quicq; posse sanguinis elicere, siue, in- quid, quod cum febrib<sup>9</sup> sit passio, siue quod ma- ior causa sit tumentiū partiū, que cōtrario raptu

superet cucurbitæ fero rē, & non possit efficere detractionē. Tum phlebotomiā probat ex frōte faciēdam vel angulis oculorum, vel venis quę sub lingua sūt, vel è brachio. At si maior (iquit) passio fuerit, diuidendæ sunt fauces, hoc est tonsillæ, & partes supra vuam constitutæ: etenim summa est in his æqualis siue par incisura, quā appellavit homotomiam. Dehinc à veterib⁹ probatam approbat arterię diuisurā ob respirationē faciendam, quam laryngotomiam vocant, varię ac multipliciter peccans. Omne etenim quod acre fuerit atque tenuans incendet humorem. Ipse denique in phreniticam venturos passionem multa inquit affici materie, ad hæc eiusdē acrimonia. Est etiam noxia & patientibus locis phlebotomia, sicut supra docuimus. Item clysteribus vtendum ob auertendam materiam, vel auocandam à locis patientibus inconsequēter iubet. Est enim contrarium detractioni per venas ex patientibus locis faciendæ, quam ipse probauit. Item inordinaliter scarificandum primo, dehinc phlebotomandum iudicavit. Etenim locales detractiones insidente atque infirmata, & stante passione, adhibendas probamus. Est etiam inexerciti medici ob febrium causam suspicari materiam raptu cucurbitę non elici. In v̄su enim videmus sine vlo impedimento in febricitantibus effectū cucurbitæ prouenire, atq; eductam detrahi materiā. Adducitur nāq; caro & spiritus & sanguis. Dehinc neq; crescēte accessiōe cucurbitas ifigim⁹ tēpore quo ad altiora materia cōducitur. Est præterea tumētiū partiū

## CÆLII A CV T. M O R B.

molestissima atq; periculosa diuisura. vehementes namque sanguinis effusiones efficit, & quæ prohiberi minimè possint. Si enim easdem constringere voluerimus, celerima præfocatio cōsequetur. At si abstinere neglexerimus, celerior mortis effect<sup>9</sup> sanguinis effusio e perspicitur: vel si forte sanguinis fluorem effugerit quis, cancrū atq; gangrænā nō effugiet, ob augmenta tumoris. Non enim naturali habitu cōstituta coniduntur, quanq; constrictive tractata sæpiissime tumescere videntes, in tumore constituta cū diuisura fuerint, at si constringendi caruerint facultate, vehementius in tumorem venire desperare poterimus. Nā omnino in tanto tumore, in quo digitorū immisso improba esse perspicitur, atq; cataplasmatum, & anagargarismatū usus æger atq; difficilis ægrotanti videtur, quomodo nō altiorū diuisura inimica saluti probatur? Est etiā fabulosa arteriæ ob respirationem diuisura, quā laryngotomiam vocant, & quæ à nullo sit antiquorum tradita, sed caduca atq; temeraria Asclepiadis inuentione affirmata. Cui ne nunc occurrentes, latius respondere videamur, aut tantū scelus angusta oratione damнемus, libris quos de adiutorijs sumus scripturi, respondebimus. Themison verò sine febris passiones rectè curare Asclepiadem probas, huic accusationi subiectur. Serapion primo libro curationum clysteribus synanchicos euacuat, atq; phlebotomia, & cataplasmatibus, & vnguentis acriorib<sup>9</sup> vtitur, & prouocatiuis & apertiuis, quæ anastomatica appellant. præcauet autem in omni abstinentia cibum vel potum dare, sed est etiam hic facile

accusabilis. Etenim acria atq; tenuantia excitare tumorem nemo dubitat, phlebotomia verò adiecta clysteribus vexabilis esse perspicitur. De hinc dicens materiaū nomina, ea ex quib<sup>9</sup> adiutoria cōficiūtur scribere neglexit, cū nullo alio quolibet adiutorio minus vtilis cibatio, atq; potus probentur, arte adhibita, atq; formata. Heraclides Tarētinus tertio libro curationū de internis scribens, eos, inquit, qui sanguinis multitudine vexantur clystere præpurgatos phlebotomam, nunc ex brachio, nunc ex venis, quę sub lingua sunt, vaporationibus spongiarū admotis collo atq; gutturi, ex aqua calida, in qua fuerit præcocta ruta, vel pulegium. Tunc cataplasma apponēdo probat quod omen lysin appellam<sup>9</sup>, ex mulso confectū. Cui erit admiscenda chamepitys, vel iris illyrica, aut ficus. Nocte vero, inquit cerotarium apponendū ex irino oleo, atque resina iusta parte, in cōparationem pōderis cerē. In his vero quibus locorum crassitudinē suscipiatur, vngēdas inquit fauces melle atq; omphacio, & anagargarismate vtitur mulso, in quo præcoquit sicū, vel origanū, & admiscet piper. Dat etiam elaterium in pondere denariorum septē. Multis vero obolū dimidium cū melle & aqua, aut mulso. Dehinc medicamen quod appellauit emeticon vomificæ virtutis, & conficitur hoc modo: Origani atq; heracleotici panacis manipulum accipiēs, demerge, inquit, in vasculum rubri æris, tum thus quod appellamus rubrū heminas quatuor, atq; cepulas germanas viginti, quibus circūtollemus exteriorem corticem, & has quas santes immittimus. Tūc infundim<sup>9</sup> vinū Chiū,

n.j.

## CÆLII ACVT. MORB.

vel Rhodiū, aut Cnidiū quatuor heminis, & sub sole ante ortum canicule viginti diebus, atq; post ortum viginti diebus ponemus. Tunc cum fuerit liquor insumptus infundemus alias quatuor heminas, atq; alia sub sole linquimus. Tunc ijsdē diebus mittimus medicamentū in pilam, & cōterentes formamus trochiscos, quorum maiores erunt drachmarum singularum, & dimidię. Alij vero drachmarū singularum, item alijs dimidiarum drachmarum singulos dabimus, viriū comparationi congruos, cum mulso, vel pro eclectario cum melle. etenim vomitum humoris viscosi efficit & ventrem deducit. Aliqui, inquit, etiā melanteriam admiscent, & tarsiæ succum obolos tres. At si difficilis fuerit vomitus, penna oleo veteri intincta, atq; fauibus immissa prouocandum probat. Vtitur etiam aliquādo medicamine ex omphacij succo, & elaterio confecto, atq; diagridio cū nigro helleboro, & sale, si fuerint in vomitum difficiles ægrotantes, vel elaterio cum aceto & ruta, & rursum elaterio cum sinapi & salib⁹. Eos inquit qui perfrectiōe synanchici fuerint effecti, phlebotomari prohibemus, atq; clysteribus depurgari, ceteris vero omnib⁹ ex quilibet causa synanchicis effectis erunt hæc adhibenda, fulciendos etiam omnes iudicat vel nutri endos sola aqua, vel mulso, cætera quoq; ciborū prohibet. Sed hoc omne experimentum sive tentatio promptissime ex occultis suspicionib⁹ vis detur esse prouisa. Etenim empiricus solā seruationē intuēs, quā teresin vocāt, sanguinosos nūc phlebotomandos existimat, non aduertens quia omnes synāchicos ob stricturę vehemētiā opor-

tet phlebotomari, permittētibus virib⁹. Deniq⁹ ridendū est etiā, q̄ eos, qui ex perfictione synāchici fuerint effecti, phlebotomandos negat, non aduertens præsentia, & inquirēs factorū causas. Noxia etiam sunt cataplasmata, quæ adhibenda probat, atq⁹ vaporationis genus acrimoniae cauſa earū specierū quas admiscēdas iubet, siquidē sunt incendiosa. Itē vomifica, quę emetica appellat, etiam nō tumentia in tumorem faciūt deuenire, etenim ferulago, quā thapsiā appellat, sufficiens est etiā putredinē partiū quas attigerit facere, atq⁹ inflare naturali habitu cōstitutas. Non aliter etiā illa quę cōficiūt ex cepe & ompha- cij succo & rhu rubro, vel horū similib⁹. Itē oleū vetus acre est. Illa vero, quæ cathartica appellat, per clysterē adhibenda, quæ nos purgatiua vocamus, turborē magnū faciunt, atq⁹ stomachū vexant, & cætera quæq⁹ neruorū. Est præterea iners, tempus dandi cibi nō definire. Nostræ etiam sectæ quidā adhuc veterū errore detenti, insuetas graues materias adhibēdas probauerūt. Nūc vrinam sive fumū humanū, cum melle, & myrra, atq⁹ ruta, nūc centaureā & absinthiū, & abrotanū, & thymum, & aristolochiā, & tymbrā quā nos satureiam dixerimus, & sinapi. Nunc pythagoricū atq⁹ Isyperium trochiscū nomine inuentoris appellatū, nūc polyidē sphragida quā adpellat atq⁹ cōstrictiua, tum vngctiones & cerotaria ex vnguentis sampsuchi atq⁹ roris marini quorum singula tumoris sunt prouocatiua ob feruoris nimietatem, atque desiccandi virtutem, & recorporandi, cū sit celeritas passionis, ac simplicibus curanda virtutibus.

n.ij.

De Apoplexia.

Cap. V.



Poplexia dicta est, q̄ tanq̄ ex letali percussu repētinū faciat casum. Est autem oppressio s̄æpe sine febris repentina, & quæ sine febribus priuet corpora, & semper celerima, & nunq̄ tarda esse probatur. Sed ei⁹ antecedentes causæ cōmunes cum cæteris esse accipiuntur, magis tamen iugis adustio, & perficitio vehemens, & indigestio frequens, lauacris exercita, v̄sus etiam veneris, & magis in senib⁹. Item vulneratio membranæ, in pueris vero etiā vehemens saltus membranæ cerebri. Quibusdā igitur ante casum nullū præuidet signū, quibusdam vero præcedūt quædam significatiæ passiōnem, vt grauedo, vel dolor capitis, aut vertigo, aut auriū tinnitus, & in solitos v̄sus difficilis motus, vult⁹ mœstitudo, saltus membrorum, & magis præ cæteris partibus laborum, tremula loquutio, & veluti minus expressa, aut interruptio proferēdi sermonis, sine vlla ratione, vel obliuionis difficultas. Sed hēc cōmuniter antecedunt, vel præuent etiam his qui in epilepsiam, vel furorēm vēturi vidētur: irruēte passione vōcis amputatio sequitur, & mentis opressio ex repentino casu, immobilitas perfecta totius corporis, atq̄ conductio vultus. Quibusdā etiā suspensio palpebrarum, atq̄ oris hiscens distantia, pulsus densus, & quadā persecutiōe fugatus, articulorū gelidus torpor, parua respiratio, color plumbeus, atq̄ inuolūtaria lachrymatio. Peiorante passione atq̄ in exitiū egrotantis crescente, vultus addu-

Etio, ita ut longior nota videatur imago, præcordiorum prominentia, atq; totius corporis frigidus torpor, pectoris stridor, & superiorum partium sudores frigidi, immobilis etiam & super suspensa palpebrarū ac superciliorum positio. At si passio fuerit leuigata, & in salutaria deuenerit signa, corporis fugabitur torpor, atq; frigus redeunte feroore, partes etiā quædam saltu errantes mouebūtur, in his qui omnino caruerāt, & distillat<sup>9</sup> humor faucibus trāfluoratur, q̄q difficile, nec tamē prisca intercessione impeditur. Pūctus etiā vel inclamat<sup>9</sup> ægrotas palpebrā mouet, atq; labia cōducit, significans sese audire vocantē posse, & vniuersali dicto, quod Græci catholicon vocant, quidā prima die moriuntur, quidā duobus, vel tribus diebus superuiuit. Alij vero saluātur, quorū alij statim sese resumunt, alij paralyſi partis, vel partium corporis vexātur. Item quidam parua cōuersione mentis afficiuntur, vt aut alienentur, aut tristes, & somniosi videātur, vt si eos quisq; ē somno excitauerit, aliquid alienū loquātur. Est autē passio stricturæ, atq; celeris & acuta, & vehemens, & in senibus abundans, & hymis tēpore & autūni fine. Vocatur etiam à qui busdam paraplexia. Vehementius autem in ista passione patitur caput, sicuti coniendi ex his quæ antecedūt atq; corporis oppressiōe. Et sunt difficiles curationes fortium hominum, debiles etenim oppressionibus magis superantur, atque ferre maiora adiutoria minime possūt. Hinc etiā specialiter difficiili<sup>9</sup> viris curari perspicimus, atq; senes & pueros, à perfectis ætatibus, & tabidos magis q̄ qui habitudine vigent. Itē eos qui præ-

n. lij.

## CÆLII ACVT. MØRB.

tacti fuerint ægritudine, magis q̄ qui nulla fuerint morbi contagione sauciati. Adiuuat etiam difficultatē hyems, nō solū q̄ corpora denset, verum etiam q̄ quibusdam adiutorijs oppugnet, ut gestationibus liberis ac nudis. Similis autē ac vicina est apoplexiæ lethargia, epilepsia, matricis præfocatio, secundū aliquos, & paralysis & grāuatio, quam Græci caron appellāt, & dissolutio. Discernitur ergo à lethargo, siquidē ònis lethargus in febrē atq; cū febre fiat, rarū habeat pulsum, & neq; semper sensibus priuet. Apoplexia vero & sine febribus fiat, & paruū atq; densum faciat pulsum, & repentinum tanq; ex letali percussu faciat casum. Itē q̄ ex membranæ vulnē ratione apoplexia fiat, lethargia vero nūq; discernitur etiā ab epilepsia. Siquidem epileptici quidem totius corporis conductione agitētur, & spumas agāt, apoplecti vero nūq;. Item post accessionem epileptici integro habitu cōsurgāt frequentius, apoplecti vero paralysin partū sustineant. Item apoplexia acuta atque celeris semper accipiatur. Epilepsia vero eriam tarda sæpiissime inuenitur. Item matricis præfocatione discernitur. Siquidē præcedat capitis querela, matricis præfocationē. Item in accessione conducta atq; sese sustollens matrix inueniatur, in apoplecticis vero hoc nūq; contingat. Dehinc cessante accessione apoplectæ fœminæ nesciunt gesta. Illæ vero quæ matrice fuerint præfocate, resipiāt atq; narrēt quēadmodum fuerint oppressæ. Itē matricis præfocatio tarda esse perspicitur, hoc est chronia. Apoplexia vero nūq;. discernitur etiam paralysi apoplexia, quanquā idem multis videatur veteribus ut

Hippocrati & Diocli & Praxagoræ, & Asclepiadi Titensi & Demetrio, & si qui præterea. inquiūt enī apoplectos toto corpore vitiatos paralyſi. Parapoplectos vero particulis. Themison vero capitis vel in capite paralyſin cum mentis impedimento proprie apoplexiā vocat . In alijs vero partibus corporis, sine impedimento mentis, hanc ipsam paralyſin. Sed non oportet certare de his ex quibus curationis ratio nō sumetur. Solum tamen commemorandum est, quod apoplexia celeris atq; acuta natura intelligatur, paralyſis vero propria quę dicitur, tarda semper intelligatur. Itē grauatio & dissolutio inter resumptionem veniunt, & nunq; præcordia suspēdunt. & neque difficultatem resurgēdi vt alij faciunt. curationem vero principaliter apoplexiæ nullus nobiliū priscorū tradidit. Siquidē paralyſi generaliter hāc ascribendam. solus Hippocrates ait, apoplexiā vehementē soluere impossibile. Imbecillem vero non facile. Itē aliarū sectarum successores aceto atq; oleo caput fouent, ceteras autē partes corporis vino & oleo lanis cōtēgentes rudib⁹, atq; intrectatis. Secūdo studiose caput fouēt, admiscētes hederā vel serpyllum, aut peucedanū, quorū fugienda est acrimonía atque constrictiones . Adhibenda est igitur passioni congrua curatio. Nam locandi sunt ægrotantes loeo lucido mediocriter, atque calido. Utendum etiam articulorum blandi tactus continentia, atque limpidæ lanæ tectione medijs partibus capitis & collo . Adhibenda etiam olei fermenta dulcis atque calidi , & expressa ex aqua calida spongia vultus circuntegendus . Potus

n.iiij.

## CÆLII ACVT. M O R B.

dandus aqua calida, vel mulsum distillatum sensim faucib⁹. Adhibēda etiā phlebotomia, nō necessario expectata diatrito, dimissiōis tamē tempore, vel circa primæ lucis exortū, cū ex aliqua parte corporis frigidus torpor visus fuerit egeleari. Etenim qui prius q̄ hæc prouisa sunt, in materia detractionē festinare latēter accessiōis tempore decepti phlebotomiā adhibēt, vel certe iam expirātes ægrotos phlebotomādo nihil prodesse potuerūt, siquidē neq; materię fieri potuerit exitus, cū corpus desertū exitum sanguinis negat. Quāq; diuīsa venula videatur adhibēda etiā abstinentia, vsc⁹ ad primā diatriton, tum vnc̄tio calida, atq; spōgiarū calida expressarū vaporatio, & sorbilis cibus, vel panis aqua calida infusus, vel mulso. At si ventris officiū nō cessauerit, clyster simplex adhibēdus, cū cucurbitę appositione cū scarificatione, tempore quo s̄æpissime docimus, occipitio atq; omni spinę: spongiarū vaporatiōe vtendū, & cataplasmatib⁹ laxatiuis, tū radendū caput totū, & multis partibus eius cucurbitę similiter apponēdæ, & vsc⁹ ad declinationē passionis, alternis dieb⁹ cibus dandus vel si virib⁹ fuerint ægrotates fatigati, erunt quotidie nutriēdi. At si passio declinauerit, cerotaria apponēda, & in oleū, vel in calidā & oleū deponēdum, atq; fouendū corp⁹. Tūc varius cibus dandus, adiectis oleribus, tunc piscibus & volantū carnibus, dehinc etiam lauacrū adhibendū, atq; pomorū quicquam dandum, dehinc vinum. seruādus etenim magis est supra dictorum counatus atq; coaceruatus visus, ob passionis difficultatem. At si quisquam ex apoplexia liberatus

aliquas corporis partes paralyssi vitiauerit, harum curationem ex libris quos de tardis passionibus scribentes docebimus, sumendam iubemus. Eos vero qui membranæ vulneratione in hanc passio nem cadunt, ita curandos monemus, ut inferius demonstrabimus.

De Conductione, quam greci spasmon vocant: & distentione, quam Tetanon appellant: & earum speciebus. Cap. VI.



Onsequens est de conductione atq; distentione, & earum speciebus dicere. Vtraq; igitur passio ab accidente nomen sumpsit, conductio, à conducendo atque contrahendo: extentio, ab extentione patientium partium. Sed eius species sunt, emprosthotonia, & opisthotonia, quas nos primum rapptum, atque supinum appellare poterimus. Alterum habeo quod in anteriora conductionem facit, alterum quod ad posteriora. Sed antecedentes causæ supra dictarum passionum, sunt hæ, percussus maiorum neruorum, quos tenontas appellant, vel supra ipsos iacendi iugis positio, duris incumbens suppositis, vel graue quicquā cœuicibus impositum, vel meracum potū, aut profunda perfrictio, aut, ut sæpe contingit, vulneratio neruorum, vel muscularū, atq; vinum iisdem vulneribus manentibus potum, vel frigidum, & magis eo tempore, quo sordibus parentia purgari vulnera videntur, vel in cicatricem venientia, saepissime raptus occurrit. Aliquando etiam celebris, hoc est, adhuc vulneribus in tumore constitutis. Est autem iuxta diffinitionis formam con-

## CÆLII ACVT. MOR.

ductio, quam spasmone græci appellant, inuolutaria tensio, atque conductio partium cum vehementia & acuto dolore, ob stricturæ nimietatem. Distentionē autem, quā tetanon vocant Aſclepiadiſ ſectatores dicunt extentionem corporum, vt alij verò partium, nescij quomodo etiam voluntate tēdimus quasdam partes, & in his qui fatyriſi vexantur, vel podagra, extensio eſt genitalium partium, vel pedum, nec tamen distensione, quam græci tetanon vocant. Alij aiunt distensionem eſſe tensionem muscularum secundum colla, atque buccarum, quos ſiagonitas vocant, cum tensione ac dolore effecta. Alij nostræ ſecte scriptores pro tēfione conclusionem vocauerūt, sub alio nomine id ipsum significātes. hanc enim causam passionis eſſe voluerunt. Sed his omnibus communiter respondendum eſt, quomodo causa à passione plurimum differt. Dicendum eſt igitur non quæca ſit diſtentio, ſed quæ ſit diſtentio. Etenim cauſa, ſiquidem ſit occulta, diſcrepat, atque pro captu mentis ſignorum variā eſſe inuenitur. Ea vero quæ concurrunt paſſioni, hæc eſſe cōductioni prompta atque maniſteſta, & omnibus intelligibilia eſſe probantur. Et eſt amandum ut vires patiuntur ex his quæ non diſcrepan diſciplinam tradamus. Secūdum nos igitur, diſtentio eſt ſiue extenſio quam, vt ſupra diximus, tetanon græci vocauerunt, inuolutaria tensio, recto atque inflexibili porrecta cremento collarum ob vehementē stricturam, ſiue tumorē. Raptus vero poſterganeus, quē opithotonon græci vocant, eſt inuolutaria refractio ob nimiam stricturam, ſiue tumorem. Pronus item

raptus, quem græci emprosthotonon vocaue-  
runt, inclinatio colli in anteriores partes inuo-  
luntaria, ob vehementem tumorem siue strictu-  
ram. Sed inuoluntaria hæc dicta sunt, ad discre-  
tionem eorum, qui voluntate sua colla hoc sche-  
mate componunt: ob tumorem autem, siue stri-  
turam, ad discretionem qui ligationibus tormē-  
tuosis organi eas partes positas habent. Tentan-  
tibus igitur in has passiones deuenire hæc obue-  
niunt, difficilis ceruicis motus, iugis oscitatio, &  
magis locis volentibus, sequitur etiam non sine  
dolore iacendi positio, atque neruorum maio-  
rum quos tenontas appellant, leuis tentio, &  
durities, punctio interpellans ex spina usque ad  
occipitium, atque bibendi difficilis transuoratio,  
contemptibilis tamen, temporum dolor & ma-  
gis eo tempore crescens, quo hiscere atque os  
aperire voluerint patientes, auditus grauis, lin-  
guæ impedimentum, & imprompta loquutio,  
faliuarum fluor, continuus surarum atque vesti-  
giorum dolidus sensus, & sine ratione veluti ri-  
dens vultus, cū quadam mobilitate suarum par-  
tium. Ascendente passione atq; erumpente diste-  
tio dura, & durities partium fiet, cum dolore ve-  
hemēti colli, atq; musculorū qui buccas colligāt,  
rubor vultus, & colligatio supradictorū muscu-  
lorū, dentiū quoq; concubitus, hoc est, incubēs cō-  
fixio, sudor plurimus, articulorum frigidus tor-  
por, pulsus obscurus, extensio colli, spiratio dif-  
ficilis, contractio crurū atque manuum, & infusi  
& destillati liquoris in os recursio per nares fiet,  
quibusdam etiam mentis alienatio, cum celerri-  
ma spiratione sequetur, gutturis & pectoris stri-

## CÆLII ACVT. MORB.

dor. Sed tetanicis recto ductu distenta magis vi-  
dentur colla atque ita, vt inflexibilia fiant. Opis  
sthotonicis vero cōtraētus ad posteriores partes  
fiet, cum nimia tensione, atque dolore dorsi, &  
clunium. His etiam crura conducuntur, & neque  
manus distenduntur, digitos conductos atq; im-  
plicitos habent vt Hippocrates ait, & maiorem  
digitum, hoc est, pollicem cum cæteris tenent,  
vt frequentius contingit, se quoq; continere non  
possunt, sed quadam mobilitate resiliunt, cum  
dolor irruerit. Hi sunt peiores tetanicis, & om-  
nes ab alteris, quoties non sine vulnere sed in vul-  
neribus propriorum ac salutarium locorum his  
fuerint affecti passionibus. Emprosthotonicis au-  
tem colla conducuntur in anteriorem partem, at  
que mentum pectori configitur, tenduntur ilia,  
& præcordia cum frequenti delectatione vrinæ  
egerendæ, & difficiili flexu digitorum. Liberari  
verò ex his omnibus difficile est ægrotantes, si  
in vulneribus spasmus emerserit, vel si spinæ fue-  
rit innata durities. At si sine febris spasmus  
irruerit, facilius liberantur. Febrem verò secun-  
dum Hippocratem in spasmum venientem, salu-  
tarem accipimus. Spasmum autem in febrem,  
pernitiosum, quanquam eius excludant sententi-  
am, dicentes quia secundum ipsum febres corpo-  
ra grauant, multo magis geminant incommo-  
dum, cum vehementibus doloribus. Laxat enim,  
inquiūt, tumorem naturalis ac mediocris fero-  
rium verò acer, & contra naturam immodi-  
cus, vexat. Quapropter ex minutione eorum,  
quæ passionis sunt spem futuræ sanitatis meli-  
us accipimus.

Quomodo discernimus raptum quē grāci spasmō vocant, à tremore atq; saltu.

## Caput VII.

**D**iscernens raptum à tremore, atque saltu Demetri⁹ Herophili sectator i corporib⁹ inquit raptu vexatis, motū fieri per extentionem, atq; cōductionem: in ijs verò qui tremore afficiuntur, agitatione crebra. Item in his qui saltu afficiuntur, leuabilem & possibilem motū fieri indicauit, & magis in partibus sensibilibus, ac neruīs qui voluntario motu subiecti sunt: spasmū verò etiam in colligationibus membrorum fieri sensit: & non solum in quibusdam sensibilibus partibus: verum etiam in his quæ sensu carent, atq; ita inquit, gaudio quædam membra saltum sustinere, quædam verò nunq: item senectute tremorem fieri non raptum asseruit. Addendum tamen quomodo sine vlla distentione saltus mouetur, atq; tremor efficitur: cum tensione autem vehementi raptus membrorum fiet. Item secundum Asclepiadem extensio atq; conductio partium tarda, & perseverans esse perspicitur: spasmus verò breuissimi tēporis & celerrimi tremor. Sed saltum ab his discernentes quidam Asclepiadis sectatores aiunt, non extensione vel conductione fieri, sed lauatione ac depositione: quod quidam non consenserunt: etenim ex tanta lauatione inquiunt atq; depositione sustinent atq; leuata ut deposita, extentionem, atq; incuruationem vel flexum probant. Hos deniq; motus manū, quos ita fieri perspicimus, medium aiunt esse sal-

## CÆLII ACVT. M. O. R. B.

tum raptus atque tremoris magnitudine. Hac distantia temporis iugem extentionem atque conductionem in tremore fieri magis quam in saltu, raram verò in raptu. Item paruam extentionem ac conductionem in tremore, maiorem vero in saltu, item ingentem in raptu. Dehinc nomen quoque dicunt communius esse atque latè diffusum. saltum solemus etiam cordis saltum vocare & arteriarum motum. Hippocrates deinde inquit frontis venas saltum sustinere, & neque tremor in his partibus fiet, est enim passio neruorum. Sed his respondendum est, oportere etiam venas atque arterias & raptu vexari, atque tremore affici, quantum in ipsis est, siquidem etiam motus earundem partium, alios atque alios fieri magnitudine atque temporis distantia differenter videamus.

### De Curatione.

### Cap. VIII.



Egrotates iacere oportet loco sufficientis magnitudinis, lucido mediocriter, atque calido, nullo etiam odore infecto, mollibus atque calidis stramentis. Prima enim celeritatis morborum mitigatio est straminum molitiae. Dehinc sine cibo facimus ægrotos usque ad primam diatriton, si vires permiserint, summo cum silentio iacentes. Tum laniis molidis ac mūdis oleo dulci & calido infusis colla circūtegemus, & buccarum musculos quos siagonitas vocant, & maiores neruos ceruicis, tenotas appellat: tū clunes atque omne quod doluerit. Sed ob permanentē feruorē erūt extrinsecus apponēdi facelli, vel cuiusq; materię vaporatio-

nes, aut vesicæ oleo calido repletæ, aut pāni ca-  
lidi, aut, vt supradictū est saccelli lini semine tor-  
tido pleni, vel cantabro feraente aqua, & oleo de-  
cocto. Articulos quoque manibus tenentes cale-  
facimus, & sudorem ob pressuram ac turborem  
venientē pānis calidis excipimus. Frigescit enim  
permanens & consensum partium in passionem  
germinat. At si vehementes fuerint dolores, e-  
rit adhibenda phlebotomia, dimissionis tempo-  
re atque ante tertium diem, si passio coegerit: si  
minus, in ipsa diatrito, aut post ipsam, viribus  
permittentibus. Tunc colluere aqua calida per-  
mittimus, & potum accipere. In ipsa verò diatri-  
to oleo dulci atq; calido, & mulso corpus omne  
perungemus. Ora etiā aqua calida fouētes, tūc ci-  
bo nutrīm⁹ sorbili, atq; tenui ex alica, vel amy-  
lo, aut pane ex mulso, vel pane insuccato ex eodē  
mulso, oportet enim etiā cibū ebibi potius q̄ ma-  
sticari, ob dentium conclusionem: quā leuiter di-  
gitis aperire tentabimus, prohibētes ligneos, vt  
pleriq; adhibēt, cuneos, etenī quassationē partiū  
atq; indignationē faciūt, toto tempore cibi sumen-  
di permanētes. Tū cæteris diebus ea q̄ fouimus  
cataplasmatibus curamus, dehinc etiā spinā totā  
lini semine cū polline, & fœnugræci semine, sin-  
gularib⁹ vel cōmixtis ex aqua mulsa cataplasma-  
mus, superponentes extrinsecus quicquam de su-  
pra memoratis calefactionibus, quō possint cata-  
plasmata multo tempore calida permanere. Itē  
per clysterē oleum calidū injicimus, vel calidā &  
oleū, aut aquā, in qua fuerit decoctū semē fœnu-  
græci, vel radix agrestis maluæ. simul etenim &  
stercora detrahimus præminentia, & tumentes

## CÆLI ACVT. MORB.

partes fouendo relaxamus. Utimur præterea cu  
curbitis, & magis cum passio sumpserit statum.  
Sed in accessione, leuibus: in dimissione verò, etiā  
scarificatione adiecta. Erunt autem infigendæ oc  
cipitio & collo. Sed aliquando ante impositas cu  
curbitas, expressas spōgias ex aqua calida & oleo  
aut decoctione foenugræci, aut lini seminis, aut  
hibisci apponemus. Aptæ etenim vehementer ex  
his vaporatio lentescens liquoris neruis laxan-  
dis accipitur, & quæ musculos buccarum, quos  
siagonitas vocant, sit sufficiens relaxare. Tunc  
post vaporationem cataplasmatibus vtendum.  
Aliqui deniq; non sine ratione commoti etiā te-  
neris & exercitis pellibus agnorum, vel hædorū  
oleo calido tinctis atq; madefactis loca patientia  
vaporauerunt. Damus etiam oleum calidum ore  
continendum, & quanquam omni tempore con-  
ueniat, magis tamen cum cataplasmata apponi-  
mus hoc probamus faciendum, quo ex interiori  
bus quocq; buccarum colligatio laxatur, cibū dā-  
tes alternis diebus, donec passio declinet, si vires  
ægrotantis permiserint, in ijsdē perseverabimus,  
solam aquam calidam vel mulsum calidum, di-  
missionis tempore, offerentes. Tunc cum ex par-  
te passionem mitigatā senserimus, embasim olei,  
vel aquæ & olei adhibemus: cuius rationem atq;  
ordinem libris specialium adiutoriorum docebi-  
mus. Dehinc quotidianis diebus humaniore cibo  
nutrimus, præcauentes etiam nunc dura quæcq;  
ac difficilis transuorationis dare mandenda, sed  
magis pultes offerentes, vel olera, vel cerebra, vel  
pisces teneros, & omne quod facile accipi, ac di-  
geri potest: ne ob vehementem masticationem

naturales colligationes buccarū, quas græci chalinos vocant, moueantur. Erunt præterea loca ipsa quæ patiuntur cerotario curanda ex oleo dulci, vel cyprino confecto. Item diachylon medimento, & quod appellant Mnasei. Tunc etiam acopis vtemur quæ fiunt ex amylo, atque adipe, & ex infusionibus ac decoctionibus fœnugræci, & lini seminis, & his similibus. Tunc lauacrum adhibemus, præcauētes aquam frigidam, dehinc dabimus etiam vinum, ut sæpe docuimus, qualitate atque natura & quantitate congruum. Veterum medicorum Erasistratus tetanicam passionem nō memorauit. Herophilus verò nihil plus inquit, nisi quod vehemens opisthotonia rectiora faciat ea quæ nodorum spinę euulsione arcuata videtur, & febricula irruēs passionē soluat. Item Serapion primo libro curationū sic inquit curādos tetanicos, quæadmodū phreniticos, quapropter sumēdæ sunt cōtra ipsum respōsiones, quas de phreniticis dicētes docuimus. Itē ex his curationē huiusmodi passionis tradiderunt. Hippocrates libro quem ad sententias Cnidias scripsit, cerotario inquit vngendos opisthotonicos, & aqua calida eorum crura fouenda. Iacere iubet in lineis stramentis, vtens ad ventrem mouendum collyrijs quæ appellavit balanos, & potionib⁹ ex radice bryoniæ & dauco atq; vino cōfectis. Offerit præterea farinam coctam tepentem in partem cibi, vt sæpiissime facit, permittens etiam vinum superbibendum, quando voluerint ægrotates. Tetanicos verò phlebotomat, non aduertens adhibendā vere phlebotomiā, sed non solam. Nō enim dignū atq; sufficiēs tantæ passionis vnum

o.j.

adiutorium esse probatur. Item collyria siue basiani & potiones suprà memoratæ, & vinū intē-  
poraliter datum patientibus, contrariū atq; salu-  
ti noxiū monstratur. Alia enim tempore impor-  
tuna neruis officiūt. Item secūdo libro quem de  
moribus scripsit, ait esse aliquādo cōducibile te-  
tanico sine vulnere effecto atq; primū corpore  
& habitudine vigenti, æstatis tempore plurimæ  
frigidæ ablurionē, siquidē feruorē reclamet ac re-  
uocet. Dat etiā nigrū helleborū cū pipere, & la-  
cte asinino carne cōcocto potat, atq; sternutamē-  
tum cōmouet. Mirādum igitur q̄ in his qui tali  
passione afficiūt frigida vtēdū existimat Hip-  
pocrates, qui iāmduđū ait frigida quæq; esse ini-  
mica ossibus, neruis, dētibus, & cerebro. Sternuta-  
menta etiā cōmouere tumores nulli dubiū est.  
Item asinīnū lac nulla ratione laxare tumētia p̄-  
batur. Dehinc stomachū euertet: siquidē sit tetri-  
odoris & faporis. Itē helleborū nigrū neruos ob-  
sidet, atq; purgando, vel deducēdo corpus exagi-  
tat. Diocles libro quo passiones atq; causas atq;  
curationes scripsit, tetanicis inquit adhibēda mi-  
ctoria medicamina, quæ appellauit diuretica. tū  
ventrē deducendū atq; vacuandū. dat etiā bibē-  
dum passum aquatum pueris, vel his qui ex vul-  
nere in passionē ceciderūt. prohibet etiā cibū da-  
ri, & iubet ea quæ passionē tendūt vaporari, &  
emolliri. Item tertio libro de curationibus simili-  
ter clystere vtitur, & vinum dulce dat bibendū,  
adhibens vaporationes nunc siccias, nunc hume-  
rias, & vngit cerotario, atq; lanis patiētia cōtegit  
loca. Sed ex his primo mictoria vesicam mouē-  
tia omnes prouocat neruos, qui tunc summo at-

que attento sensu habitantur. Dehinc clysteres acerrimi adurendo tumores asperiores efficiunt, quos adhibendos existimant. Est etiam vinum repugnans, priusquam passio declinauerit. Et quamq; omne, magis tamen dulce quod opportune datu inflat, deniq; etiā sanos & indigestos atq; inutiles & implicitos facit. Est etiam profecto peccatius prohibito cibo vinū dare. Itē vaporatioes humide siccis atq; aridis repugnat, & vsus cerotariofū foli passionis declinationi cōueniēs inuenit. Praxagoras tertio libro curationū vaporationib⁹ vti tur, & clystere & vomitu. Quanta autē vexatio fit vomitus, arbitror superfluum dicere. Est enim etiam impossibilis vsus eius in his, qui neque ad trāsuorandū potū os aperire possunt. Heraclides Tarentinus secūdo libro interiorū passionū tetanicos & opisthotonicos clystere curat, & prēpositat iure gallinaceo & lasere, cum primo sint hæc ventris inflabilia. Itē laseris virtus acerrima, clysterum verò incendiosa. Dehinc Asclepiades secundo libro celerum vel acutarū passionū, incipiente, inquit, dolore tetanicos aqua calida somen tamus, nocte atq; die scilicet, vt præter incōgrue qualitatis percussum etiam temporis peccato atque immodicæ quātitatis dolētia prouocētur, cū sit tunc mitigationis atq; blandimenti opportunitas. Interea inquit saccellis ex milio confectis, vel cachry, vel salib⁹, quæ quidē sine dubio ob acrimoniam acutis passionibus sunt cōtraria, tanq; acre collyriū his qui acutis doloribus oculorum afficiūtur. Hic præterea etiā inquit aridas vaporationes operatius mederi q̄ cataplasma medent. Non aduertēs, quia tunc nerui ob colligationem

0.ij.

tumoris indigent laxamento atque indulgentia.  
 Ex siccis autem vaporationibus, ut etiam ipse co-  
 fitetur, siccantur, & tenuantur & arescunt corpo-  
 ra. Conuenit etiam (inquit) cataplasma simplex  
 quod omen lysin appellat, pueris atq; mulierib<sup>9</sup>,  
 & viris quorum corpora fuerint dimissa, atque  
 molliora vel tenera, cum potuerit id omnibus co-  
 ueniens dicere. Quid enim tam vanum atq; (ut  
 ita dixerim) ridiculum, quam ob vsum catapla-  
 matum naturam vel ætates ac vitæ consuetudi-  
 nem præseruare? Dehinc possunt pueriles ætates  
 vel muliebria corpora non liberè educata, neque  
 molliora inueniri: quo fiet ut communiter in om-  
 nibus utilissimum cataplasmatis adiutoriū pro-  
 hiberi videatur. Ob istius errorem qui non mani-  
 festis intentionibus res aduertendo falsis curatio-  
 nibus implicatur, adhibet etiam clysteres acerri-  
 mos atq; vehementius operantes, salutarem pu-  
 tans ex his febrem generari, quo raptus siue ad-  
 ductio materiæ ē partibus patientibus ad intesti-  
 na fiat. Quæ igitur maior accusatio esse potest  
 acerrimi clysteris, q; quod febrem facere promit-  
 tatur? Quid enim vtile ex eo sperare possumus,  
 ex quo id perficitur quod etiam sine tetanica pas-  
 sione graue corporibus existimatur? Probat etiā  
 vehementes fēruores similis acrimonie, iubēs fac-  
 cello sale pleno aqua calida tincto partes que pa-  
 tiuntur vaporari. Tunc duobus cauteribus alter-  
 nis sales incendi, ut ex ipsis inuadens quædā spi-  
 ratio penetret altiora. Sed horum acrimoniam  
 iampridem reprobauimus. Idem ignem plurimū  
 accendens & superponens ægrotantem omnes  
 spondylos spinæ oleo per diē atq; noctē iugiter

fricat, at est vehemēter culpabile. Omnis etenim impressio & tumentia & dolore geminat. Itē iugiter diem atq; noctē id facere iubet, v̄su etiā sanos potest quadā vexatione in cōsensum mittere, quippe cum s̄æpe in vno latere iacentes, atq; eodē tardantes schemate vexemur. Itē plurim⁹ densat, deniq; etiā in feruentibus lauacris corporis superficies perspicitur. Et quid vltra dicam: cū sit euaporatiuæ virtutis paroptesis, tetanos autē mitigatione indigeat, ob celeritatem sui. Itē ait cucurbitam vtilem magis q̄ phlebotomiā huic probari passioni, nisi (inquit) febres prohibuerit materiæ detractionē: vel in venis plurima fuerit plenitudo. Tunc enim erit phlebotomia adhibēda in ipsa vehemētiæ summitate. difficile enī inquit detractionē fieri corpusculorū posse tēpore dimissionis. sed dicimus cōtra neq; raptū cucurbitę posse febrib⁹ cohiberi, sicut in ipso s̄æpe ope probauimus: neq; melior phlebotomiā, vel platiōr v̄lus cucurbitę esse potest. etenī in augmento phlebotomia locū habet, quo tēpore cucurbitā adhibere nō licet. Neq; cucurbitę tēpore phlebotomiā, quo noxia probat. tēpus etiam phlebotomiæ illud est, quod etiā aliorū amputantiū adiutoriorū, vt est dimissionis, in totius augmēto passionis. in accessione enī simpliciter mitigantibus vtemur adiutorijs. Asclepiades autē ob extinctā falsis intētionibus causam neq; aptū scire potuit phlebotomiæ tempus. Declināte igitur passione ægrotantes nutrit, atq; succis & sorbilibus cibis. Sera igitur si fuerit quā expectandā ob nutrien- dū putat, aut vt s̄æpe cōtigit post decē dies effe-cta immodica atq; iterfectrix ex tāta abstinentiā

o.ijj.

iudicatur. Dehinc quæ ægro adhibenda sint, do-  
cere neglexit. Vtrumne píscium an volantium  
vel quadrupedum, sed omne genus corruptibile  
atq; inflabile. Hic verò linquens verè resumptio-  
ria adiutoria, quæ magis fuerant demonstranda,  
aliena ordinavit. Hæc sunt quæ Asclepiadi respō-  
denda probamus. Communiter autem respondē-  
da est omnis alia, quæq; fuerit acrior materia. Et  
enim quidam, sicut Clodius Asclepiadis sectator  
memorauit, laser, quē græci opon cyrenaicon vo-  
cant, cera inuolutum bibendum tradiderūt. Dāt  
etiam castoreum præbibendum, & ferulagine,  
cū euphorbio colla perungunt, atque spinam. Itē  
plerique superficiem vulnerant ignis vltura, &  
ex sinapi atque fico adhibent cataplasma. Alij  
frigida fouent, cum nimiam viderint tēsionem,  
& post perfusionē frigidæ fricant calidis rebus.  
Alij vtūtur etiam baccis, & thymo, & origano,  
& nepeta, & hysopo, & herba salvia, & butyro  
& cedria, & herba pulicaria, & semper viua, au-  
si etiam quidam viscellum ranarū dare, quæ om-  
nia prompta atque manifesta peccata proban-  
tur. Alia enim ob acrimoniam tumorem prouo-  
cāt, vt euphorbium, & ferulago, & laser, & sin-  
pi, vel his similia. Alia constringendo perfectam  
strictruram contendunt, vt herba pulicaris, quam  
silphion vocant, & semper viua, quam aizoon vo-  
cant, & aqua frigida. Viscellum autem ranarum  
experimentum esse dicitur, & est odiosum: in se-  
met nihil habens commodi, quod ratio probet.

## De hydrophobia. Caput IX.

**D**EINDE hydrophobia quę nomē sum  
psit ab accidēti. Est enim vehemēs  
tumor aquę. Nā gręci timorē pho-  
bon vocant, aquā hydor appellant.  
Qui denique detracta litera delta  
adijciētes gāma hygrophobiā vocauerūt, q̄ oēm  
liquorē metuat, sed cōsuetudo magis primū obti-  
nuit nomē, siqdē plus aquā timeāt egrorātes, vel  
q̄ iter cæteros liquores plurimū p̄stet. Alij quoq̄  
phobodipson appellāt, q̄ cū timore sitiat. Itē Po-  
lyb⁹ pheugydrōn: siqdē aquā fugiat. Nos deniq̄  
aqfugā dicere poterim⁹. Itē Andreas q̄ cynolyf-  
son vocauit, veluti ex rabie canina morbū cōce-  
ptū. Accēdens autē causā passiōis, est canis rabī  
di morsus, velut quidā memorāt. Ceterorū quicq̄  
aialiū q̄ sint simili rabie obnoxia, vt luporū, vrsorū,  
leopardorū, equorū, & asinorū. Hoim hydro-  
phobarū quidā deniq̄ i hydrophobicā passionē  
deuenerūt soli⁹ aspiratiōis odore ex rabido cane  
abducto, cū deflectiōe q̄dā naturalis spiratio ve-  
xata venenosū aērē adducit, & talib⁹ inserit par-  
tib⁹. Itē alij rabidi aialis vnguib⁹ lēsi in rabiē de-  
uenerūt. Memoraſdeniq̄ sic musierē i hydropho-  
bicā passionē venisse, cui facies fuerit leuiter à pa-  
vulo catulo laceſſita. Itē quidā à gallo gallinaceo  
pugnante leuiter lēſus in rabiē venisse dicitur.  
Sartrix etiā quedā quū chlamidē ſcissam rabidis  
morsibus ſaciendam ſumeret, atq̄ orę ſtamina  
cōponeret lingua, & artuū iuncturas lamberet  
affuendo, quo transitum acus faceret faciliorem,  
tertia die in rabiē venisse memoratur. Est pre-  
terea poſſibile, ſine maniſta cauſa hanc pa-  
ſionem corporib⁹ innasci, cum talis fuerit ſtri-  
o.iiiij.

## CÆLII ACVT. M O R B.

Etio sponte generata , qualia venena.. Interea post morsum quidam celerius in passionē veniunt, quidam tardius. Ideo etiam post annum aut eo amplius afficiantur, sed magis plures post quadraginta dies.

Quæ est diffinitio siue agnitio hydrophobiæ.

Caput X.

**S**t agnitio hydrophobiæ appetentia vehemēs atq; timor potus, sine vlla ratione, ob quādam in corpore passionē adiectum est autē, sine vlla ratione, atq; ob quandam in corpore passionē, q; alij timeant potū, vt veneni admixti suspicione, vel arte prouidētes, quia si intemporaliter sumplerint, periclitabūtur. Necq; illico hi ratione timētes, hydrophobi esse vel dici possunt.

Quæ sequuntur eos qui in hydrophobicā passionem proni ac declives esse videntur.

Caput X I.

**S**equitur eos qui in istam passionem proni ac declives esse noscuntur, cū iam p̄tangi cœperint, anxietas quēdam sine vlla ratione, atq; iracūdia, & corporis difficultas, insolitus motus, sōnus etiā suspēsus atq; turbat⁹, vel vigilia, & simul cibi corruptio, stomachi grauedo, crurū atq; brachiorū extēsio, oscitatio iugis, & ipigen leuādi volūtas, insueta etiā querela aēris tanq; astrini, q; quis serena fuerit quies: Item difficilis toleratio atq; tædium, & recusatio imbrīum, parua bibendi voluntas contra consuetudinem. Obtinente passione appetentia bibendi atque timor, & primum ad ipsius aquę yisum, secundo etiam

si eius audierint sonitum, vel nomen. Dehinc timor fomentationis olei, pulsus densus, parvus, inordinatus, quibusdam febricula, saltus stomachi, torpor, atque stupor articulorum, subreptio atque extensio præcordiorum ad superiores partes, & officij ventris abstentio. Vrinxæ reddendæ paulatim frequentatio, tremor atque conductio nervorum, vox obtusa & velut latrabilis, & corporis spuia similis, siue canina inuolutio, spiratio difficultilis, iactatio corporis omnis ad ingressum hominum, tanquam secum aquam afferentium. Rubor vultus, atque oculorum & corporis tenuitas, attestante pallore cum sudore partium superiorum, vegetri frequens tensio cum seminis inuoluntatio iactu, lingua prominens. In ultimo etiam sanguitus, & vomitus fellis ac frequenter nigri, qui busdam etiam timor manus oculis tenus admotæ, vel circum tractæ, quidam se agnoscere fateantur esse naturalem vel consuetum aquæ liquorē, cum sibi monstratur, sed commoueri cum videantur, ut seipso quoque Soranus vidisse testatur in hac passione constitutum sese hortatum liquorē ut sumeret, nec tamen potuisse. aiunt & militē quendam, ut Artorius memorat, in passione constitutū sibi indignatum quod in bello nulla timuerit vice, sed nunc aquam cum vidisset, quae esse constitutudini iocunda solet, metu inenarrabili terreretur. Item Eudemus Themisonis sectator memorat fuisse hydrophobum medicum, qui cum prænosceret periculum, suppliciter ingredientes exoraret, & cum lachrymarum fluore guttis de stillantibus tangeretur, exilijens vestem conside rit. Dehinc Soranus memorat se infantem hy-

## CÆLII ACVT. MOR.

drophobum vidisse vbera matris expauescente. Item ait quendā Atheniēsem sibi retulisse, quod viderit hydrophobum ex domo fugatū ad locū venisse, ubi inclusus corpore implicato vitā finiuerit, sed in ipso loco fuisse canem iacentē, quem rabie accensus repente accurrens momorderit. Communiter autē est passio stricturæ, atq; vehe mens & acuta, vel celeris. etenim ob nimiū tumorem & humoris defectū ægrotantes celeriter interficiuntur. Nec Demetrio danda fides est dicens quod etiā tarda hæc passio possit esse, hoc est diurna, quam Græci chroniam vocant, si quidem dicat in ista passiōe leui tumore affectos biennium transegisse. Neq; Asclepiadis sectatores intelligibile quiddam asserunt, qui propterea passionem tardam putant, quia post plurimum tempus morsus inficti morte afficiuntur. Cum non oporteat illud tempus ægrotanti imputari quo nondum rabie vexatur. quippe cum passio necdum corpus afficiat, & cum emicuerit, non habeat superpositiones, seu dilationes, quod specialiter tardis afficiuntur passionibus, & ob hoc celerrime ægrotates interficiat, non solū ut acuta, sed etiam ut continua passio.

Quæ sunt similia hydrophobiæ: & quomo<sup>d</sup>do internoscuntur. Cap. XII.

**S**imiles sunt hydrophobicæ passioni phrenitis, mania, quam nos furorē, siue insaniam dixerimus, sed hæ discernuntur, siquidem plus in ipsis capit patiat, in phreniticis vero etiā febres sequātur. Item in hydrophobicis plus stomach? & sine febrib? esse perspiciat, & acuta

sit atq; celeris passio. Mania vero etiā tarda frequentius inueniatur. Eudemus Themisonis sectator inquit melācholiam esse hydrophobicā passionem, sed ab hac quoq; discernitur. siquidē tarda sit melancholia, acuta vel celeris hydrophobia. Alij quoq; aērophobas aiūt esse similes supra dictis, sed internosci. siquidē aēris sit timor, qui generaliter phreniticis ascribitur. Etenim phrenitici quidam aērem lucidū extimescūt, quidam obscurū. item Andreæ sectatores memorāt esse pantophobas, quos nos omnipauos dicere poterimus, siquidem omnia timere dicantur. si vere tamen hæc esse poterit passio. Discernitur autē q; nō solius pot<sup>9</sup>, sed omniū rerū timore faciat.

Vtrum ne animæ an corporis passio sit hydrophobia. Cap. XIII



Vesitum etiā vtrū animę an corporis passio sit hydrophobia, etenī quidem esse aiunt animi passionem. siquidem appetere vel desiderare sit animæ speciale, nō corporis. Deniq; purpurā cupientes, vel statuā, vel militiā, aut regnū, aut pecuniam, nec venis neq; neruis ægrotare dicūtur, vel arterijs, sed animæ affici passiōe: quo fiet vt etiā hydrophobia animę sit passio. Est enim appetentia potus, quippe cū timor & mœstudo & iracundia passiones sint animę. Timet igitur aquā hydrophobæ, quo necessario animo ægrotare noscūtur. Nā ōnis phantasias cuius diuersitates latini visa vocauerunt, vt Tullius, siue illa naturalia, siue contra naturam fuerint, animi non corporis esse noscuntur. hydrophobæ igitur phantasias iactantur, scilicet ea quæ contra naturam esse videantur, quo

## CÆLII ACVT. MORB.

assumitur eos animi affici passione. Sed his qui hæc asserunt cōsentendum non est. etenim appetere vel delectari potuſicut etiā mandere ex corporis quadam nascitur passiōe. Timor enim per consensum animæ corporis compatiētis naſci perspicitur, quo fiet ut corporalē esse passiōnem hydrophobicam manifeſte perluceat. Etenī antecedens morsus, ex quo cauſa descēdit, utiqꝫ corporis fuit, & non animæ. Antecedentia autē atqꝫ consequentia, vt est singultus & difficilis corporis motus, & grauedo, & his similia corporis esse noscuntur. Nam animæ passiones, vt Philosophi volunt, nostri sunt iudicij: hydrophobia autem passio ex corporis necessitate descēdit, quo fiet ut sit corporis passio, sed etiam animæ occupet qualitatem, tanquam in furiosis vel melancholicis.

Quis locus in hydrophobicis patitur.

Cap. XIII.

 Icina etiā quæſtio eſt ſupradictæ, quis nam in hydrophobicis locus corporis patiatur. Evidem Democritus cum de Emproſthotonicis diceret, neruos inquit: cōiiciēs hoc ex corporis conductione, atque veteri tentigine. Item Asclepiadiſ ſectatores alij membranā aiūt cerebri, ſiquidem ſecundum Asclepiadē omnis paſſio quæ mentem turbauerit in ipsa conſiſtat, vt phreniſis, lethargia, epileptiſia. quo affumi tur, vt etiam hydrophobia paſſio eidem membranulæ ascribatur, quæ animum cōturbat. Alij aiunt diaphragma pati, ſiquidem in ipſo ſit dolor conſtitutus. Arthemidorus Erasistrati ſecta-

tor, & Artorius Asclepiadis sectator de hydrophobia scribentes atq; plurimi nostræ sectæ scriptores aiunt stomachum pati: siquidem singulus sequatur & vomitus fellis, & appetentia insatiabilis bibendi. Quorum singula stomachi passionis esse noscuntur. Consentire tamen etiā membranas cerebri. sed nonnulli Asclepiadis sectatores stomachum atq; ventrem pati dixerunt. et enim bibendi appetentiam non solum stomachi paruissimis vijs, sed etiam ventris fieri probat. Vomitum quoq; vtriusq; partis effici passione. Itē Gai⁹ Herophili sectator libro quo de timore aquæ scripsit, ait cerebrum & eius membranam pati. Enim voluntario motu seruientes nerui atque stomachum colligantes initium vel originē inde sumplisse noscuntur. Magnus vero Ephesius secundo libro epistolarum, ait sigillatim esse descendū, omnia quæ difficultate motus in hac passione afficiuntur, pati. Hoc est cor, stomachum, diaphragma, caput, ilia. Non enim pulsus malignum fieri posse suspicatur, nisi prepatiente ea parte corporis, vnde initium sumit, quæ necessario sine vita fuerit vexabili passione. Pulsus mutari in peius nunq; potest, neq; difficultas spirationis fieri, si diaphragma atque pulmo naturali positioe maneāt, ac nullo modo tentata, neq; tētigo frequens atq; ultra naturam, nisi virilia siue radi⁹ virilis fuerit in tumore constitutus: neque visa mente fallentia, quæ Græci phantasmatata vocauerunt, nisi capite patienti fieri possunt. siquidem in ipsa vel in ipso sensus omnes sint constituti, vel q; sensuales viæ ex ipso ad cor referantur, quorum nihil est ad medicū necessario per-

## CÆLII ACVT. M. O. R. B.

tinens sufficit enim agnouisse caput pati tēpore quo mens fuerit alienata : quippe cū etiā ex antecedentibus signis pati noscatur . Præcedit enī quibusdā dolor capitū atq; aurium tinnitus . Vi-  
sus quoq; falsitas prouolantiū veluti animalium minatorum, tanq; culicū , quapropter palpebra-  
tione frequentant . Nec nō etiā vultus feruor cū  
rubore per ora insinuans, attestante lachrymarū  
fluore, cum angulis oculorum sanguinolētis, ex-  
tantib⁹ venis ex vtraq; parte temporū apparet,  
sed horum singuli ratione cōmoti vera quidem,  
sed deficiente, hæc posuerūt. præpatitur enim ea  
pars, quæ mortu fuēt vexata. Vnde initium de-  
niq; passionem sumere nemo negat. Patitur enī  
totum corpus, quod probamus ex his quæ sini-  
guli dixerunt . Cum enim alij alias afferunt pati  
partes, omnes pati confitentur. Fit autē proba-  
bilius ex his quæ manifeste hydrophobicos se-  
quuntur, saltus mēbrorum, raptus siue contractio  
neruorū, sitis timor, tentigo, abstinentia, vel reten-  
tio egerēdorū. Plus tamē stomachū pati, atque  
ventrē recte dicim⁹. In ipsis enim plurima sunt  
accidētia signa, & manifestiora, vt singultus, sal-  
tus, retentio, cōductio, vel cōtractio, sitis intole-  
rabilis. Sed nihil horū ad curā necessario refert,  
vbi enī passionē iuenerim⁹, eidē parti iuxta ma-  
gnitudinis cōparationē adhibemus.

Vtrū noua passio sit hydrophobia. Cap. XV.

 Vidā logicorū quæsiuerunt pro loco  
vtrū noua passio sit hydrophobia, vt  
si nouā inuenirēt, nouā etiā causā atq;  
curationē iquirerēt, quod à nobis qui-  
dem alienū est, fieri enī potestvt particulares vel

speciales passiones nouæ fieri possint, generales autem vel principales, quarum dominio cæteræ quæcunque subjiciuntur, fieri nūquā possint. Hę deniq; consuetis atq; congruis curationib<sup>9</sup> similiter curantur: sed vt plenius omnia perspiciantur, singularum placita siue visa vel existimationes ordinamus. Etenim quidam aiunt nouam esse hydrophobicam passionem, quidam negauerūt. Et alij omnino, vt Artemidorus Sidensis. Alij specia liter, vt Caridemus sectator Erasistrati. Item nō nouam esse passionem plurimi dixerunt, sed obSTRUCTIONE probādæ nouę passiōis aiūt nemine veterū hāc memorasse passionē, sed soli inquiūt nouelli inuētores eādē aduerterūt. Certe si sunt apud veteres, nec tamē memorata cognoscitur. Secūdo cōfundit atq; turbat hāc passio nō solū inertes, sed etiā artifices: quo p̄batur ob tantam ostētationē magnitudinis noua iueniri. Dehinc aliarū passionū causæ apprehensibiles sunt, scilicet actiūæ atq; operātes, quas synecticas vocāt. Istius autē passiōis incōprehēsibilis est, quod est signū probabile nouæ passionis. Additur etiā q̄ sit incurabilis, sed his cōtraria sentiētes falsum esse inquiunt, q̄ hāc passionē nullus veterū memorauerit. Etenī Democrit<sup>9</sup> qui Hippocrati cōuixit nō solū hanc memorauit esse passionē, sed etiā eius causam tradidit, cū de op̄ishotonicis scriberet. ipse quoq; Hippocra., et si nō principiāliter de ipsa passione tractans, sensu tamē dictorum hāc memorasse mōstratur. In prædictiuo libro dicēs phreniticos paruibibulos, sono quolibet pulsatos tremore affici. Alienatione autem mētis hydrophobas vexari videm<sup>9</sup>, quapropter hos Hippocra. phreniticos dixit paruibibulos,

## CÆLI ACVT. MORB.

quos brachypotas vocant, hoc est, q̄ modicum biberent, ob timorē liquoris. Item polybus hanc passionem memorauit, dicens aquifugas cito interire, quos pheugydros appellauit. Homer⁹ quoque hanc agnouisse passionem probatur: coniicit enim per figuram cum de Tantalo dicit. Itē vbi inducit Teucrum occisis octo, Hectorē non potuisse percutere, atq; ita loquutum ut diceret se hunc interficere nō posse ravidum canem. Cum igitur memorauit Homerus ex quo fieri hydrophobæ possunt, erit consequens, vt &, quod fieri possint, scierit. Itē Comicus Menander inducens senem irascentem istius passionis imaginem vinolentis adscripsit, dicens non posse bibere eos qui vinū usq; ad vexationē potant. Ratio quoque hoc ostendere videtur, etenim superioribus temporibus aut erant canes, aut non erant: sed nō fuisse nemo quis dicere audeat. Passionis etenim causam prompte Homerus memorauit. Si igitur fuerunt, etiam rabie affecti sunt, quo fieri et vt cum fuisse causa ex qua hydrophobæ fieren, atque homines qui fierent vel pati potuissent demonstretur, erit rationabile, vt apud antiquos hęc passio fuisse credatur. expauescere autē siue confundi, vt aiunt, non solū inertes, sed etiā artifices hac passione, non necessario signum est eandem incurabilem pronuntiandi: etenim plurimæ aliæ passiones non aliter videntium mēte confundunt, vt satyriasis, apoplexia. Item causa præcedens, eius passionis incomprehensibilis vt putant, nō est: quā plurimi medicorum atq; philosophorum tradiderunt. At si esset, incōprehensibilis, quod ex ea sequetur, manifestum esse ap-

prehensibile, nulli negat, vel si esset incōprehēsible, id quod sequitur, hoc est passio, non tamē incurabile. At si incurabile, nō necessario nouū, vt neque carcinoma. Sed aiunt principaliter ex his quæ sequuntur vel designant hydrophobicā passionē nihil esse eiusdē propriū, vt singultus, qui quanq̄ eos sequatur, sit tamen cōmuniſ eorū qui hydrophobē non sunt. sitis etiā sequitur, atq̄ vomitus fellis, sed febricitatib⁹ hæc ſepe cōtingūt. Item turbatio mētis atq̄ timor, ſed etiā phreniticos ſepe comitātur. Si igitur nihil p̄priū sequitur hydrophobas, ſed ſunt ſonia communia alijs passionibus, non poterit noua paſſio nuncupari. Nos quoque hiſ consentimus. videtur etenim hæc paſſio etiam frequentare quibusdam temporebus, vel locis, vt apud Cariam atque Cretam. Hæc enim iſula aliorum venenosorum animallum difficultis atq̄ pene libera, ſola canum rabie vexatur frequentiſſime. Poētarum quoque testiſmonium longè vetuſiſſimum atque non rectis necessario verbis deſtinatum, accipiendo ducimus. Item Hippocrates magis phreniticos memorauit, non hydrophobas, paruibibulos: nā inquit eos qđ in quibusdā phreniticis frequētare videmus, aut fastidio poſſeffos, non ſolum ad cibum, ve ſuetiā ad potū, vel certe traductos viſis, quæ Grręci phantasiā appellat, vt (ait Eudemus) accipēdū non exiſtimēt potū, vel ſuſpicione deſlirationis affecti admixta putēt venena liquoris tremūt quoq; nōnunq; debilitate neruorū, & ad omnē ſonitū cōmouētur, ſcilicet alienatiōis p̄prietate & nō necessario hydrophobicæ paſſionis. Quapropter alijs utēdū eſt rationib⁹ ad de-

p.j.

mōstrādū nō esse nouā hydrophobicā passionē.  
Quomodo curādi sūt hydrophobæ. Cap. XVI.



Vrandos hydrophobas cōuenit iace-  
re loco mediocriter calido, atq; luci-  
do adhibita articulorū defrictione,  
seruatos etiam insomnes vsc; ad la-  
xamentū temporale. His quoq; par-  
tibus quæ rapiūtur, vel conductione vexantur,  
calidis atq; mundis lanis, vt pannis prætectis, ad-  
hibendæ etiā molles vaporationes. In statu ac-  
cessiōis dulci atq; calido oleo clam lanis tintis,  
vel foris à cubiculo infusis. Tū immissis, ne visu  
liquoris ægrotātes in commemorationē timoris  
reducātur. At si aliqua fuerit indulgētia passiōis,  
quæ erit apprehendēda, si etiā febres fuerint ex-  
minutione feruoris, si etiā nō fuerint minutioe ti-  
moris, erūt phlebotomādi ex brachio, quo vena  
facilior occurrit. Ita in fluēti sanguine aduer-  
tenda sunt ægrotatiū ora, atq; manu excipiēdus  
est fluor, ne sonitu percussi cōmoueātur. In dia-  
trito vero erūt primo pungendi, sed pānis oleo  
tinctis (eorū enim tractu latēter corpora perun-  
gentur) extergēdi quoq;: at alia fouētur alijs cali-  
dis atq; immūdis cōsequēter pānis, vel linteolis:  
tūc post perūctionē cib⁹ dādus tenuis & sorbi-  
lis: quo latēter cū cibo etiā potus inducatur: &  
panis aqua infusus, vel alica ex aqua, facile enim  
accipiūt, sed oportet magis tēpora dādi seruare  
cibū & potū: quod fiet hoc genere, vt ex obliquo  
fabulātes de consueta vita loquan̄, lauacra me-  
morādo atq; bibēdi copiā. Tūc si egri his dictis  
placidi pmāserint, fidēter offerim⁹ potū dimis-  
sionis tēpore inuēto. At si cōmoti, vel irati fue-  
rint, auditō lauacro, vel potu, erit diff̄rēda obla-

tio:dandus interea potus in fictili vasculo subtili  
cauerata perforato, tanq; sunt papillæ vberū, &  
dandus ægrotatibus, præfecto obſtaculo oculos  
rum, vel temporaliter clausis fenestrīs. Eſt enim  
omnifariā mitigatione passionis prouidendū vt  
nulla occasio detur excitādi furoris. Oportet de-  
niq; etiam ministros aptissimos eſſe, & primo vt  
ſint taciti, neq; fabulas injicientes, ſed ei⁹ respō-  
dentes dictis, & ipsa respōdentes, vt cedenter ac  
ſine vlla cōſtantia eum cōſentiendo coercent:  
Atq; eius viſa, que mentis falſitatem efficiuntur, ei-  
dem ſenſim diſplicere, atq; incredibilia faciant.  
Dehinc cōuenit laxatiuiſ cataplaſmatib⁹ thoracē  
curare, & à tergo inter vtralq; palas, quod Gr̄  
ci metaphrenū vocāt. cum autē ſtatū ſumpferit  
passio, etiā cucurbita apponēda ijsdē locis, cum  
ſcarificatiōe, tū ſpōgiarū vaporatiōe vtēdū, que  
quidē latēter erunt ex oleo atq; calida exprimē-  
de, & apponēde obuolutę pānis vel linteolis, ne  
humoris ſenſus aut ſonit⁹ exagitēt ægrotantē.  
Tunc etiā caput detondendū & ijsdē adiutorijs  
cōcurandū: geſtatio adhibēda, in lectulo ſuſpē-  
ſo, ſiue portatoria ſella. At ſi paſſio pſeuerauerit,  
ijsdē pſeuerabim⁹ adiutorijs. Illud etiā etit affe-  
ctandū, vt ſi omnino potū recuſauerint qualibet  
tamē parte quiddā liquoris aſſumāt, & nulla in-  
dignatiōe ægrotatēs afficiātur viſu pterriti. Qđ  
ita facere poterim⁹, ſi calidā atq; oleū ex clyſte-  
re per podicē injiciamus, vt hoc ſi fieri potuerit,  
diurnis dieb⁹ paruū quidē: tūc enī potuerit cō-  
tineri. Nā ſi fuerit plurim⁹ humor, ſua redūdātia  
ac pondere prouocat excludi. erit enī ei⁹ cōtinē-  
tia vtilis ad minuendā ſitim. Nam neq; ſolum

P.ij.

## CÆLII ACVT. M O R B.

dysentericis iniectū medicamen superiora inuadēs sēpe stomachū atq; caput vexare accipim<sup>9</sup>, siquidem eō necessario perueniat, sed etiā calida & oleum peruenire posse concipim<sup>9</sup>, quo partibus ijsdem irrigationis p̄ebeat laxamentū. Post injectionē deniq; manibus admotis impressione moderata ex inferiorib<sup>9</sup> ad superiora ducētes li- quorem ascendere prouocamus, declinante paſſione erūt ægrotātes resumēdi, sed multo tēpo- re à lauacro abstinendi, atq; vino, ne in periculū redeant. At si ex ista paſſione vt sēpe contingit satyriasis fuerit effecta, erunt adhibenda ea: quæ paulo post dixerimus. Antiquorū autem medi- corum nullus istius passiōis tradidit curationē. Aiunt deniq; Themisonem quāq; volentem nō potuisse: siquidem ex rabido cane quondam fue- rat vulneratus, et si eius curationē assumeret mē- te: quippe scripturus continuo admonitus in eā- dem laberetur. Democritus vero iubet origani decoctionem dari, atq; ipsum poculum quod bi- būt in sphæræ rotunditatem formari. Est autē hoc genus decoctionis acerrimum atq; stoma- chum vexans, & incendens, in quo etiam idem sibi repugnare perspicitur. Ait enim hydropho- biam esse incēdium neruorū. Item quidam mes- dici, vt Artorius memorat, alios in vasculū ple- num frigida miserunt. Alios in puteū posuerūt, saccis immissos vel inclusos, vt necessitate bibe- re cogarentur. Alij in aquā calidam, nescij quod passionis curatio illa sit, non vt bibant ægrotan- tes, sed vt bibere velint. quod fiet cū passio fue- rit adiutorijs destructa. Multi deniq; etiam bi- bentes raptu affecti sunt grauiore. Quapropter

etiam toto corpore infundendos, vt putant, & in aquam frigidam magis vexabile comprobamus. Omne etenim frigus extendit tumentia. Nam propterea, vt Artorius dixit, raptu interficiuntur. Item Aristoxenus ad corruptionem atq; abundantiam liquoris intentus, prædandum dicit potum, atq; clysteribus vtendum, cōmuniter omnibus, depurgatiuæ vel temperatiuæ virtutis, sed hēc tumorē passionis intendēdo gemināt comitātia. Item Tullius Bassus etiam sternuta mentis vtitur, & clysteribus, cū generaliter hæc passio mitigatione indigeat ob acutissimam celeritatem, & nō, vt hic putat corporatiuis adiutorijs sit aspergēda, quæ Græci metasyncritica vocant. Itē Niger eius amic⁹ etiā albū helleborū dedit. Eudemus autē phlebotomans helleborū dat secunda vel tertia die, atq; cucurbitas affigit vsc⁹ ad partiū pustulationē. Itē Agathin⁹ libro de helleboro cōscripto iubet etiā dari helleborū in initio passionis. Alij podicē cataplasmandum iubent helleboro. Alij collyria ex ipso facientes quæ appellauerūt balanos, podici supponūt. sed erunt cōmuniter omnes culpandi, cum sit passio acuta atq; celeris, & vehemēs, ac s̄epissimē cōtinua. quippe cum nunquā purā atq; syncerā habeat dimissionē, & est helleborū recorporatiuæ virtutis, ac propterea tardis passiōib⁹ cōueniēs, quas Græci chronias appellant, & in earū principaliter lenimēto, atq; regulis ciborū ægrotante preparato, quod Græci diætam vocant, quod vtiq; non sine tempore prolixo fieri potest. Sine his igit̄ nihil veneno differet helleborū datū. Est etiā graue vsc⁹ ad pustulationē corporis cucurbi.

p.iiij.

tas apponere. Et simile quiddā, tumentes oculos ligneo baculo inūgere. Itē quidā castoreo potandos iubēt hydrophobas, alij tosaceo oleo, alij dia gridio, aut elaterio, aut lacte vel pinguib⁹ incōgrue iusculis, & agitātes atq; grauātes ægros, & nō eo tēpore quo p̄mitti potuit v̄lus supra dicatorū, præcautiōis causa effugie dæ passiōis. Nūc etiā præsens indigeat cōgrua curatione: clystere depurgant vel tēperāt vim veneni, quæ semper post effectā passionē cōtemnēda est, vrgentiore cogente cœnoteta. Itē nihil aliud q̄ potum dare quoqno mō nitūtur, nūc gelu, vel niuē offerētes egrotis, nūc viridē ficū, vel pyrū, aut cucumerē, & his similia, alij calami p̄forati initiū ori egrotantis immittūt, dehinc ex alia parte per alia ca uernā aquā infundunt. Alij poculo lineo panno subter imposito, vel beluæ pelle potandū putāt, scilicet sup̄stitione traducti, q̄ naturalis authoritas beluarū quę canib⁹ est cōtraria, timorē egrotantiū soluat. Sed hæc quæ vulg⁹ per experimēta pbata putat, longè aliena ab arte mōstrātur. Alia quoq; quæ faciēda ordinauerūt, ratiōe rejiciēda sunt, vt ea quæ sūt vinosa ante declinatio nem offerenda. Itē frigida sunt ob tumorē incongrua, constringūt enim atq; extendunt strīcturæ difficultatē, ex qua sine dubio hydrophobia passio confecta probatur.

De acuto tormento, quod Græci ileon appellant. Cap. XVII.



Ormentū dictū est, q̄ existiment ægrotantes cōuolui, atq; torqueri suorum intestinorū verticula, vel quod spiritus ob abstinentiā clausus sese in-

uoluēs, vinctiōes atq; tormēta efficiat, vel q; vehe  
mentia dolorum supra eas partes quæ patiūtur  
egrotātes arcuati cōoluti q; plicētur. Salimach⁹  
autē ait quosdā Pythagoricos apud Siciliā medi  
cātes græco nomine phragmō vocare, siquidem  
obtrusis naturalib⁹ vētris officijs fieri videatur.  
Item hāc passionē tertio libro acutarū vel cele-  
rum passionū Asclepiades diffiniuit hoc modo.  
Tormētū est cōtortio extenta, atq; lōgi tēporis  
intestinorū, sed hoc improprie dixit, q; sit etiam  
lōgi tēporis tormentū. Est enī acuta atq; celeris  
passio. Deniq; hoc intestinorū dicim⁹ tormentū  
esse, cōtortionē extentā, atq; pñciosam. sunt enī  
eius antecedētes causæ cōmunes, quæ etiā alias  
facere valēt passiōes, sed magis perfrictio, indi-  
gestio, atque cibi grauabiles & inflabiles, vel no-  
ui, aut venenū potū, aut cibo datū, aut fungi co-  
mesti, sequitur autē in passione cōstitutos ven-  
tris vehemens inflatio, & intestinorum, & dolor  
nimius iliorū, atq; ossium, quæ à pube vscq; ad  
ilia perueniūt, quę Græci ephēbia appellauerūt,  
totius quoq; ventris atq; superpositæ cutis infla-  
tio, membranæ maioris, quā peritonæū vocāt,  
scilicet quæ omnia interius tegit atq; cōtinet vi-  
scera. Cōsensus etiā vesicæ & officij vētris per-  
fecta abstinentia, stomachi euersio per nauseam,  
faliuarū fluor, sitis vehemens, spiratio hirta, atque  
anhelatio, articulorum frigidus torpor, pulsus  
densus, singultus, exitus per podicem venti ni-  
hil relevantis, ac si quicquam per clysterem fue-  
rit iniectum, aut non admittitur ob nimietatē  
stricturæ, aut admissum retinetur exitu nega-  
to: aut si fuerit redditū, erit cōnexum pinguibus

p.iiiij.

ac vesiculosis. Mulieribus etiam matricis adductio ad superiora fiet, vomitus quoque humorum pinguium, qui in vetriculo & ipsius orificio adheseret cōtumaciter. His vero qui perniciosius atque specialius iactatur, etiam stercorum vomitus fiet. Tunc quoque pulsus concidit, nigrescit corpus cum nimia linguae asperitate. Aliquando etiam ut Heraclides Tarētinus memorat, quarto libro de internis passionibus intestinorū verticula distentis cutib⁹, apparent, cum peritoneo disiecto sola fuerit superposita cutis. Alij vero memorat ventum per podicē redditū sine odore tetro perniciosum fore, ac si fuerit odoris tetri salutē promittere. in illis enim ob nimia stricturam, tanquam liquatus sp̄ritus purior excluditur. In his autem ob quandam laxamēti facultatē infectus exhaustionibus stercorū, excludetur. Torminosa igitur ab ista passione, quam specialiter tormentū diximus, magnitudine differre monstramus. Hi enim leui dolore afficiuntur, & ob hoc ventriculosi siue torminosi vocantur. Item discernuntur dolore ventris. Ventriculatio enim superius magis ventre est, atque sub præcordijs, & saepe sine intestinorum tormento. Discernitur etiam à coli vexatione, est enim principaliter coli vexatio vnius intestini passio, atque tarda, quā Græci chroniam vocāt, & diutissime perseverāt. Tormētū autē soli⁹ acute passionē Chordapson vocauerūt, quod nō aliter quam chordē intestina tēdātur. Nā veteres Græci intestina chordas vocauerūt, sed hoc quoque nomine alij cōmune vocabulū tormēto posuerūt, ut Hippocrates, Praxagoras, Euriphon Gnidius.

Alij differre dixerunt, vt Diocles libro de passio  
 nibus atq; causis & curationibus scripsit, etenim  
 tormentum non sine ruftationibus dixit, atque  
 permisso per podicem vento, sine stercorum ege-  
 stione, ventrem quoq; non necessario durum fie-  
 ri, & clysteris iniectionem accipere, doloris etiā  
 initium superioribus magis accedere. Item rei-  
 jice-  
 re ægrotantes, si mediocris fuerit passio, humorē:  
 si vehemens, stercora: & neq; iniectionem clyste-  
 ris admittere, ventrem quoq; durum, atq; exten-  
 tum iugiter in orbem tumoris subleuatum, inte-  
 riores autem intestinorum partes doloribus affi-  
 ci, stomachum quoq; immobilem ac fixum, vel  
 inflexum permanere. Sed de his huic dissentire  
 necessarium non est, oportet enim intentionem  
 adhibere, atq; intelligere q; sit passio stricturæ,  
 atq; acuta vel celeris, & vehemens. Quapropter  
 habendi sunt ægrotates loco mediocriter calido,  
 atq; lucido, adhibita requie cum silentio, & absti-  
 nentia cibi vsc; ad primam diatriton, prohibito  
 quoq; somno, donec accessio declinet. incipiente  
 autem eadem, articulorum adhibenda est blāda  
 ex manibus calefactio, & partes quæ doluerint  
 contegenda mundis, & mollibus lanis. Apponē-  
 da etiam mediocris vaporatio, qua mitigari do-  
 lor possit, vt sunt panni calidi, atq; linteola, vel ve-  
 sica calida ex oleo semiplena, vel saccelli ex can-  
 tabro calido completi, vel polline, vel lini semi-  
 ne ex aqua mulsa. Cum autem statum sumpse-  
 rit accessio, iubemus eos, si pati potuerint, iugiter  
 foueri oleo dulci atq; calido, scilicet vsu dextero,  
 quo prærepto nuper infuso mox nouum super-  
 fundatur oleum. At si dolor coegerit phleboto-

mandi erunt, scilicet ex brachio dimissionis tempore. Et si ante diatriton id factum fuerit, fouentes primo os, deinde colluere permittimus ex aqua calida, dabimus potum paruum, ob mitigandum. Si enim plurimum sumperint grauatis tumultibus, prouocabitur passionis asperitas, sicut fiet cum graue quisquam cataplasma apponendum putauerit, ex plurima, atq; corporosa inducatura. At si in ipsa diatrito fuerit adhibita phlebotomia, parum differentes ob resumptionemunctione corpus curam<sup>9</sup>, & forbile damus quidam, tenue, atq; panem ex aqua calida non quidem plurimum. Ea enim quæ ob appositionem cataplasmatis exterius admoti asperantur, hæc magis plurimum distenduntur cibis vberioribus grauata. Alternis deniq; diebus cibum dabimus, donec passio declinet: dehinc cataplasmata adhibemus ex pollinibus, & lini atq; foenugræci seminibus, ex mulso confecta, vel calida & oleo, illud curantes, vt calida perseverent plurimo tempore, & neq; valida atq; robusta inductione grauabilia fiant pondere. Faciunt enim ægrotis dolores augeri. Tūc etiā cucurbitas apponim<sup>9</sup>, sed eas quæ sint osculo latiores atq; labijs flexis. Lenius enim atq; blando tractu arripiunt membra. Tūc etiam scarificatione utemur, vel in cucurbitarū vicem, ne earum pondere graue quicquam ægrotantes sentiant, vitrea apponimus vascula, vel testea, quæ græci āphoras vocauerūt. Tunc spōgijs vaporamus expressis ex calida, & oleo, vel decoctione foenugræci, aut lini seminis, aut agrestis maluę, & rursum cataplasmamus. injicimus etiam per clysterem oleum calidum, vel calidā

& oleum ex supra dictis decoctionibus quicquam. Est etiam consuetum nobis aquam oleo dulci æquali modo commixtam, cum hibisco coquere, donec aqua insumatur. Tunc oleum remanens concepta lenitate, atque pinguedine ex radice supra dicta, injicere per clysterem. Nam si solum oleum fuerit cum radice hibisci nō admixta aqua decoctum, necessario nidorosum fiet. Adhibemus etiam encathismata ex calida, & oleum, vel quaruncunque laxatiuarum materialium decoctione. Cum autem declinare passio cœperit, etiam embasim adhibemus ex oleo, vel calida & oleo, aut decoctione laxatiuarum materialium, non sine cautione, declinanda est enim perfictio, quapropter erit facienda in calido loco, vel balnei fornice, quē appellat achicholum, sive cameram. At si sensus aliquis, permanens erit duritiæ, cataplasmabimus ex ordei farina, & adipe porcino recente, & pice liquida. Tunc cerotaria apponemus, & malagmatum leniora, ordinantes etiam lauacrum, & varium cibum, & vinum ultimo, præcauentes multo tempore refrigida quæque, atque indigestionem & inflammatiles, vel acres, & minus digestibiles cibos. Veterum autem medicorum, ut Hippocrates secundo libro de morbis, communiter inquit, frigeraenda superiora, particulariter autem adhibenda vomifica medicamina, & phlebotomia ex brachio, & capite. Tunc sacculum aqua calida plenum deponendo iubet ægrotantes facere, etiam collyrium decem digitorum quem appellavit balanum, atque hunc summo tactu felie taurino vngendum. Tunc si nihil perfecerit

## CÆLII ACVT. MORB.

clysterem adhibendum . Vel si hoc quoq; minus  
valuérit, & folliculo artis ærariæ immittēdum in-  
quit ventum per podicem, quo distantia ventris  
atque intestinorum replicatis folliculis fiat, tunc  
statim adhibendum clysterem probat , detracto  
supradicto folliculo , & podicem cum spongia  
obstruendum , atque in aquam calidam ægros-  
tantem deponēdum. Utendum inquit primo tē  
pore passionis melle decocto, atq; vino. Secundo  
libro epidemion multum vini meraci, atq; frigi-  
di dari iubet, donec somnus vel dolor fiat crurū,  
suspitione causarum sollicitatus: existimat enim  
vel constituit fieri passionem incendio superiorū,  
& frigore inferiorum. Contrarias igitur virtute  
materias adhibendas iudicauit, non intuens pa-  
ssionem ex tumore fuisse confectam. dēnicq; prin-  
cipio vomitus, quem adhibendum probat aspe-  
rat eius celeritatem, siquidem disijciendo corpo-  
ra commotieat : phlebotomare autem conuenit  
non post vomitum, sed laxamenti causa, non ut  
Hippocrates affectandum putat, ob frigidādum  
corpus. Dehinc ex brachio non ex capite neq; si  
mul ex multis partib<sup>9</sup> phlebotomare, etenim re-  
pentina sanguinis effusio defectum faciens non  
sinit congruam fieri detractionem, vel quantum  
magnitudini passionis est conueniens: collyrium  
autem felle taurino perunctum, omnifariam no-  
cens accipimus, etenim ob acrimoniam fellis at-  
que mordicationē tumentia prouocat in feru-  
rem, & ob longitudinem digitorum decem im-  
missum premit eas partes, quæ neq; tenuem li-  
quorem sine grauatione accipere, vel ferre valēt.  
Nam ex ærario folliculo quid dicere oportet , si

vbi inflationis metus est, immitēdum extrinsecus existimat ventum, atq; quod est maximi peccati, frigidum his partibus, quæ etiam naturali tāctu prægrauantur, non aliter, q; si quemq; in tetrica passione constitutum cum sit potestatis, laxatiuis curare virtutibus, eundem organis distendere contendamus. Aduertendum igitur, quoniam magis roborat vexationem, vel duplicat corporis inflationem, adiiciēs grauiora, quo etiam per clysterem liquorib<sup>9</sup> magis prægrauet corpus, & tumentia importune vento vexata, etiam liquoris percussu intemporali feriantur. Item spongia apponenda quam probat, extēta magis premit. Utitur autem vino, malis quidem, sed suis similibus consilijs. Necq; enim temporaliter declinatio nem passionis obseruavit. Præterea vsu immodiaco, siquidem plurimum dari iubeat, & intemperato, quod s̄æpe in sanitate constitutos alienari mentē perficit. Tunc etiā incongrue, siquidē frigido. Omne etenim frigidū, tumētia auget: repugnanti iudicio vinum dare perspicitur, effectum somno atq; dolori crurum ascribens, somnus etenim leuigata atq; soluta passione efficitur. Dolor autem peiorante & asperato tollitur. quod ita manifestum est ut demonstratione non indigeat. Diocles autem libro quo de passionibus atque causis & curationibus scribit, phlebotomat in passione constitutos, atq; cataplasmatibus curat ex polline, quod græci omen lysin vocant, & adipe & vino, & fœce. Tūc præpotat atq; clysterizat, ex abrotani semine cum mulsa, ex aceto & aristolochia & cumino, & nitro, & fœniculi radice decocta ex vino, admixta aqua marina, vel

## CÆLII ACVT. M O R B.

passo, vel aciore vino, siue lacte cum decoctione  
lini seminis, & mellis, vel similibus. Quarto au-  
tem libro de curationibus iuuenes, inquit, atque  
habitidine robustos, & magis quibus dolor ad la-  
tera ferit, phlebotomados pbo ex manu dextera  
interiore venâ, & submittendos in aquâ calidam,  
fotis, ventri injicere admixto sale clysterê, & rur-  
sum in aquâ calidâ deponere, & fouere. Præpotâ-  
dos autem iubet etiâ medicamentis, hoc est, pa-  
nacis dimidia drachma, in mulso ex aceto tepido  
resoluta, & myrrhæ obolos duos cum peristereo-  
nis herbae folijs in vino albo, vel cumino æthio-  
pico. Adiuuat etiam plurimos plumbi catapoti-  
um transuoratum. Impellit enim pondere, &  
excludit obtrudentia. Diurnis, inquit, præterea  
diebus sitientibus potandum vinum dulce, vel a-  
quam temperatam, aut marinam cum vino al-  
bo, aut centauream herbam, aut nitrum vel eius  
spumam, ut ea quæ potuerit soluat. Dâda etiam  
sorbilia, vel cantabri lotura cum melle, vel bromi-  
succus, vel ptisanæ, aut cū farina olera cocta, alia  
ex adipe, alia ex halica atque sale, sorbendum e-  
tiam & iuscellum scari piscis, & carabi, & bu-  
cinarum & cancrorum. Tunc resumptio, inquit,  
adhibenda. Cuius quidem materies percurrit  
quas superfluum est recensere. Etenim ex supra  
dictis varia atque iners commixtio materiarum  
demonstratur. Non enim solos oportet iuuenes  
phlebotomari, sed etiam alios in alijs ætatibus  
constitutos, neque semper è dextera manu ve-  
niore facta, detractio enim tumentia relaxat. Ve-  
sus atque acrimoniae causa erigit in ferorem tu-

mentia . Est præterea vexabilis præbibendi me dicaminis potio , etenim sunt acria atque mor dentia & quæ non sint mitigatiua celeritatis, ne que tumoris relaxantia . Plumbum vero trans uoratum premit quidem , atque impellit pons dere , sed tactu necessario frigidat , atque intestina densitate coacta vexatione distendit , iuscilla autem in corruptione facilia , & inflantia esse noscuntur . Item ptisanæ , eadem perfice re:vinum quoque in augmento inimicum . Pra xagoras tertio libro curationum clysterem iubet adhiberi , dans medicamina purgatiuæ virtutis, atque per vomitum corpora desiccare, contendit etiam potandum mulsum, ex aceto cum pipere atque nitro , & recenti lacte cum mulso , & aqua . dat etiam radices circa vesperam comedendas, prædato aut super dato oleo . Utitur præterea ad podicem collyrio & injicit, atque præpotat absinthio ægrotantes cum aceto, & vino lyncero, cum oleo irino, sed vomitu utitur , donec stercora faciat euomi . Aliquos etiam post vomitum phlebotomat & vento per podicem replet, vt Hippocrates . Item libris de causis atq; passionibus & curationibus vinum dulce dari iubet , & rursum Hippocratis ordinem sequitur, cogerens omnia peccata & nihil aliud quam facere disruptionem intestinorum affectans , per acrimoniam medicamentorum tentat, & inflam bilium potionum, & iniectione virtute similium, quæ infesta tensione , ac tumore intestinorum, aut retenta ruptione perficiunt, vel putredinem, aut aceruatim excluso alio genere, imperfectionē faciant . Item omne stercus per vomitū emissum

## CÆLII ACVT. MORB.

tumoris intestinorū est argumentum. Non enim sine tumore nimio hoc perfici potest, ex intestinis expressum per ventrem transiens, stomacho incidens sterlus per partem excutitur, quo probatur magnificam mortē Praxagoras magis qua curationem voluisse scribere, quibusdam etiā manibus premens intestina, magna quassatione vexauit, quibus intestinum, quod græci τύφλομένης τερόη appellant, in folliculum fuerit lapsum, plurimis stercoribus confectum. item confectis quibusdam supradictis adiutorijs diuidendum probat pubetenus, diuidendum etiam intestinū rectum, atq; detracto stercore consuendum dicit, in proteruam veniēs chirurgiā. Oportebat enim si ad hoc accedēdum necessitas imperabat, entero celicorum approbare curationem. Temere Era sistratus secundo libro de ventre scribens culpās copiam atq; acrimoniam clysterum ab antiquis ordinatā, ipse quoq; vtitur clystere, ex nitro atq; sale. In ieiēdum etiam probat acre collyrium, & similibus vtitur cataplasmatib⁹, hoc est, ome lysi cum myrto vino, fico, & chamelæa, & abstinet à cibo usq; ad passionis declinationem. Tūc dat mulsum tepidum, dehinc forbilem ptisanæ succum. sed hic aliorum accusationi iungendus est, etenim culpans tanquam nocivam acrimoniam iniectionum, nō custodit earū vexationem, quin etiam ex cataplasmatibus constringens atq; densans tumentia, grauius ægrotantes affecit. Est etiam quibusdam usq; ad passionis declinationem abstinentia vexabilis. Hic autem iam declinante passione mulsum dandum probat, quod ante declinationem fuerat ordinandum. Herophilus de

his nihil loquutus est. Asclepiades tertio libro celerum, vel acutarum passionum, aliqua gratissime, aliqua valenter ordinavit, in quibus est etiam inhibitio vaporationum ex aqua calida, tanquam facile frigentium, sed fricandas inquit partes, quæ patiuntur oleo plurimo tempore, atque operose quantum loca ipsa pati potuerint, fuga da inquit etiam declinationis tempore lauacra, non coniiciens quoniam usum vaporationum, nō genus damnauit. Potest enim quisque etiam in alia vaporationū specie perfrigescere, nisi dextro usu fuerint adhibitæ. Defricatio autem adiutorium est chronicæ passionis non acutæ, vel celeris, sed magis si, ut iubet, operantius fuerit adhibita, atque multo tempore. Si igitur vera intentione loquamur, neq; sibi hæc quæ ordinavit coueniunt. Ait enim debere fricationem adhiberi multo tempore, vel quantum ipsæ partes patiuntur. Cum neque tumentia ex initio fricationē fieri admittant, quippe cum neque cataplasma ta grauia valeant sustinere: lauacra in declinatione adiuuant passionis solutionem. Utitur etiam embasi ex oleo adhibita, & tempus non finit adiutorijs. Serapion vero tertio libro curationum alia similia Erasistrato ordinavit, denique eius accusationi iungendus est. Utitur etiam catapotio ex plumbi ramento, & coco cnidio, & sale & elaterio, & resina, & castoreo, & diagridio, quos tum singula acerrimæ esse virtutis probantur: atque percutientia, & neque celeritati passionum, neque tumoris congrua. Heraclides autem Tarenus libro quarto internarū curationum, existimabiles constituens suspiciones, aliter inquit cu-

q.j.

rando tumore affectos, aliter eos qui crassiorib⁹ intestinis laborat, & stercorib⁹ opprimuntur. Utitur autē per diē, & per noctē cerotarijs ex cera & resina & irino oleo, vel cyprino oleo, aut anethonio, miscet etiā omę lysī panacē tritū, & cha mæpityn cum absinthio & cyprino oleo, scribit præterea potionē, quibus inquit præpotandos ægrotates, ex aniso, castoreo, nōtro, hyssopo, calamo, mulso ex aceto. Clysterē etiā adhibet admixto absinthio, vel cétaureo aut cucumeris agrestis radice. Dat etiā mulsum ex aceto, & purgatiuū potandū medicamē, ex diagridio. Alia quoq; virtutū milia conscribit purgatiuorū medicaminū, quæ præbēda iubet, nō aliter q̄ cæteri acrora medicamina, & nullā curā adhibet mitigationis laxatiuae, respiciēs qua possit tumor mitigari. Sed ait cōmuniter omnib⁹ aliarū sectarū principib⁹, quomodo intestina tumore dēsata, atq; cōtentā plurima materia, & acerrima & vulnerabili, vt illi probant, onerata, interfectionē faciūt ægrotatis. Deniq; si forte quisquam iliacam euaserit passionē, necessario ex supradictis dysentericus fiet. Item Theſſalus primo libro de regulis quas græci diætas, alia quidem vt methodicus scripsit, alia culpabiliter adiſciens, quod potum dare debeamus, siquidem ad loca patientia descendat: quod contra ſectæ disciplinam videtur ſenſiſſe, & contra ſeipſum inconsequenter fuisse commotus, si quidem pro patientibus locis nolit eſſe mutabilem curationem. Secundo libro quem comparationem appellauit, contradicens Eraſistrato, hæc ait, apertissime discordantia sermonibus. Non enim pro differentia partium mutatur liquido-

rum quantitas, sed ob stricturam, vel solutionem. Inconsequenter igitur idem in iliacis patientibus loci causa, potus quantitatē minuēdam existimat. Erat enim prompte dicendum, atq; demonstrandum, quomodo consideratione acutæ atq; celeris passionis minuenda fuit potus quātitas. Item quidam nostri scriptores Themisonis sectatores cuminū oleo decoxerūt ob adhibendū fotū, aut tritum lanis asperserunt. Itē alij oleo rutā decoquentes, injiciunt per clysterē, & iubent vaporari ex cineribus: mixtos etenim oleo vel quodam laxatiuo liquori, ex decoctione congruarū materialiarū præfecto, in vasculo ex duob⁹ digitis alto, atq; ambitu simili loci patientis mittendos suppositis carbonibus, nō flāmosis, donec liquor insimatur. Tūc circūtentio linteolis vasculo, atq; param refriēto cōuertēdos in linteola, ac refundendos cineres. Tunc colligato vasculo fundo tenuis, & cōstrīcto linteo fortiori, patientia vaporare loca. Evidem vere obtunditur admixtione olei & aquæ, cumini vel cinerum asperitas, sed est meli⁹ ex initio usque ad finem recta intētione cōgrua passionibus adhibere.

## De satyriasi.

## Cap. XVIII.



Atyriasis, est vehemens veneris appetētia, cū tēsione ob egrā corporis passionē. Voca⁹ autē, vt qdā volūt, trāslatiue à similitudine satyrorum, quos, vt vulgus loq̄t, siue fabula fingit, vinolētos, atq; in vſū veneris p̄nos dæmones accipim⁹. Itē vt alij dicūt ab herbe virtute quā satyron vocāt. Hāc enī accipiētes ī venerē p̄uocātur, cū tētigine genitaliū partiū. Sed antecedētes

q. ij.

## CÆLII ACVT.MOR.B.

istius passionis cause sunt epota medicamina, ob  
vsum venereum excitandum, quæ satyrica vel  
entatica vocant: quæ sunt acria, atque incentiuia,  
& neruis improba. Item immodici atque intem-  
poralis vslus in venerem. Est autem cōmunicis pas-  
sio viris atq; fœminis, quæ solet accidere ætatis  
bus medijs, atque iuuentuti. Hortatur etenim in  
vsum venereum prouocās ætatis vigor. Sequitur  
autem ægrotantes vehemens genitalium tenti-  
go cum dolore atq; incendio, cum quodam pruri-  
tu immodico in venereum libidinē cogente, mē-  
tis alienatio, pulsus densitas, anhelatio crebra, atq;  
que creberrima despensio, vigiliæ, hallucinatio, si-  
tis, cibi fastidium, & difficilis vrinæ egestio. Ita  
ut plerūq; stercorum abstentio fiat, quibusdam  
etiam febres: omnibus tamen in vltimo condu-  
ctio neruorum fiet, quam græci spasmum vocau-  
runt, & inuoluntarius seminis iactus. initio au-  
tem se leuiter putant releuatos ex vslu venereo,  
atq; seminis iactu, sed paulopost vehementer ex-  
tendūtur: nocētur enim atq; vexantur hoc vslu,  
quanquam parui temporis releuationem falsam  
sentire videātur. Non aliter quām si scabiosi pru-  
ritu affecti, vel lippientes manuum contactum  
affectare frequentent, quod græci chirapsian vo-  
cauerunt. Declinante passione omnia supradicta  
minuentur, quæ græci symptomata vocauerunt,  
nos accidentia passionis. Hæc omnia etiam mu-  
lieribus passione affectis, sed plus in ipsis præua-  
let prurigo ob naturam. Indecenter enim ipsa in  
loca manus mittunt, prurientibus verēdis, atque  
omnes ingredientes appetunt, & suæ libidini ser-  
uire supplices cogūt. Differt autē à satyriasi go-

norrhœa, quā nos seminis lapsum vocamus, si qui dē sine tēsiōe veretri fit seminis inuolutaria atq; iugis elapsio. Dehinc q; satyriasis tarda non sit, quā græci chroniā vocāt, ac simile quiddā passio ni, q; à græcis sit appellata priapismos, eius memor est i libro signorū Demetri⁹ Attale⁹ dices q; hoc in quodā viderit sene, atq; in seipsū manu operāte, nec quicq; tamē potuisse peragere: tēsio nē autē fuisse veretri nimia cū paruo dolore, vt cornu putaretur, & ita perseverasse multis mēsis bus. Nullo quoque adiutorio medicinali cessisse, sed tardo atq; longo tēpore requieuisse. Quo fit vt sit priapismus discernēdus à satyriasi, siquidē illa celer sit & nō tardet in corpore, fiat sane cō tactu neruorū & stimuloso desiderio in venereā voluptatē. Est autē passio stricturæ & celeris atq; vehemens. Patitur enim tota neruositas, quod est coniiciendū ex mētis alienatione, & cōtractu mēbrorū, sed plus atq; prēstātius pati seminales vias accipim⁹, q; sgræci sp̄maticos poros appellāt. pati etiam eas partes grauius, quartū cōgessione v̄lus venereus celebratur. Curātes igitur iacere facimus ægrotates loco calido, atq; vigilāter silere subemus, lanis limpidis eorū clunes atq; pubetēnus, quod græci ἡτρορ̄ appellant, cū inguinibus & ipso veretro cōtegentes, prohibentes etiā hō minum ingressum, & magis iuuenum foemina rum, atque puerorum. pulchritudo enim ingrediētium admonitione quadam prouocat ægrotantes: quippe cum etiam sani s̄epe talibus v̄si statim in veneream veniant voluptatem, prouocati partium effecta tentigine. Initio itaque accessionum conuenit nos eorum articulos manibus

q. iii.

## CÆLII A C V T: M O R B.

apprehensos continere, & ipsorum manus à los-  
cis patientibus arcere. Cum statū sumpserit ac-  
cessio, & ex dulci atq; calido oleo lanas expressas,  
vel decoctione fœnugræci, aut lini seminis, vel hi-  
bisci apponere. In dimissione vero ob vehemētiā  
etia phlebotomiā adhibere, cogētibus rebus ita  
diatriton, permittētibus autē, in ipsa diatrito. In  
telligimus sane dimissionē si etiā febres affuerint  
ex earū indulgētia. Necesse est enī quādo passio  
aspera tūc etiā febres extēdi, & cū rursum fue-  
rit remissa, febres quoq; leuigari. At si febres nō  
fuerint, ex ceteris accidētibus, que græci sympto-  
mata vocāt, cū ea indulgentiora viderimus, vt ru-  
borē, feruorē, pruritum, vel in vsum venereū cu-  
piditatem, aut genitalium tentiginē, vel his simi-  
lia. Post phlebotomiā corpus perungemus, atq;  
ora lauātes cibum damus halicam ex melle, vel  
panem lotum ex aqua, & oua sorbilia. Alijs au-  
tem diebus eas partes quas lana texeramus ca-  
taplasmate curamus, ex fœnugræci atque līni se-  
minibus, aut pollinibus aqua resolutis, quod græ-  
ci omen lysin vocāt, aut aqua & melle. Tunc eti-  
am cucurbitas apponemus, sed in accessionis sta-  
tu leues, in dimissione autem cum scarificatione,  
clunibus, atq; pube tenus perrasis capillis. Appo-  
nimus etiam sanguisugas, & spongiarum vapo-  
ratione vtimur, præcoctis in aqua quibusdam la-  
xatiuis. Adhibentes etiam clysterem ex oleo ca-  
lido, aut calida ex oleo. Tunc rursum catapla-  
mantes ante cibum, præterea etiam encathisma-  
tibus vtimur. Nunc ex oleo confectis vel calida,  
& oleo, nunc ex decoctionibus mitigantur laxa-  
tiuiis. In mulieribus autem etiam pessulum oleo

calido infundētes, sensim cum sexualibus manib⁹  
bus in muliebre veretrum mitti iubemus. Ex-  
ternas vero partes per latitudinem lanis conte-  
gemus, vel cataplasmas & vtric⁹ fibræ cucur-  
bitas infigemus. Declinante passione gestationē  
adhibemus, & in oleum vel calidam egros infun-  
demus, scilicet embasim facientes. Tunc etiā la-  
uacru adhibemus, atq⁹ meliorib⁹ succis, & varijs  
cibis nutrimus, fugiētes acriora, pulmētū atq⁹ vi-  
nū, multo tēpore. Cerotaria etiā patientib⁹ par-  
tibus apponimus. Mulieribus vero liquidiora fa-  
ciētes acriū vice utimur. Adhibētes etiā aquę ex  
adipib⁹ atq⁹ medulla & melilotō vel his similib⁹  
peſſaria, de quib⁹ latius in libris quos de mulieri-  
bus scripturi, docebimus. Aliorū autē medicorū  
excepto Themisone nullus hāc passionē conscri-  
bit, cū nō solū raro verū etiā coaceruati ſepiſſime  
inuafisſe videat. Memorat deniq⁹ Themison apud  
Cretā multos satyriſi interfec̄tos, qđ quidē, q̄tū  
crediſt, factū est ignorātia ciborū, q̄ frequēter ae  
plurimā māderēt satyriō herbā. Ait prætera ap̄d  
Mediolanū iuuēnē atq⁹ aliās decētē nuptā cuidā  
nobili se vidiffe satyriſi interfec̄tā. Ponit etiam  
eius passionis curationē secūdo lib. epistolarū ad  
Asiliū ſcribēs, imperās phlebotomiā, atq⁹ fomē-  
tatiōes, & cataplasma frigidē virtutis adhiben-  
da, qbus poſſit extingui veneris appetētia. Dans  
etiā potū frigidū: quæ oia ſunt incōsequētia, atq⁹  
incōgrua, ſiquidē pugnēt phlebotomiæ laxamē-  
to, ex quo idulgētia corporis fieri, & eſt cataplaſ-  
matib⁹, & fomētis ex frido potu cōſtrictio, atq⁹  
cōdēſatio, vt ſupra dixim⁹ cōtraria, q̄ppe cū appe-  
tētia ac delectatio cōcubit⁹ accidēs ſit verēdorū

q. iiiij.

## CÆLII AC V.T. M.O.R.B.

partibus ob tumorem: sicut etiam mentis alienatio membranis cerebri tumentibus , quo fiet ut ex frigidis atq; constrictiis rebus augeatur etiā vel geminetur veneris cupiditas.

### De Cholericis.

### Caput XIX.

Holericā passionem aiunt aliqui nominatā à fluore fellis per os atq; vētrem effecto, veluti fellifluam passionem. Nam cholen fel appellat, rhœam fluorem, alij à multitudine fluentium qui sint similes felli. Nō enim inquiūt esse fellia, sed esse liquida in eundē colorē trāseuntia. sed hoc differt nihil. Non est enim necessariū de etymologia certare passionis . Asclepiades libro de finibus hanc diffinitionē passionis dedit: Cholera, inquit, est humoris fluor celer ac parui tēporis. vētris atq; intestinorū ex cōcursu siue obtrusione corpusculorū, atq; vt sēpe cōtigit ex indigestione ītiū sumēs. Hāc quoq; diffinitionē qdā differētes aiūt humoris fluorē dictū, siquidē hēc sint generaliter cholera : parui etiā tēporis, adiectū ad discretionē celiacorū. siquidē etiā ipsiis fluor est humoris, sed longo frequēti⁹ tēpore: cōcursu autē corpusculorū, siquidē etiā nauigatiū quidā humoris fluxu afficiātur, nec tamē ex corpusculorū cōcursu. Adiectū etiā frequēter ex indigestione hoc fieri, siquidē ex alijs quoq; causis fiat cholérica passio. Itē aliqui nostrorū tradiderūt eandē diffinitionē, solū cōcursum corpusculorum detrahentes, atq; viarum raritatē adiuentes. Nos autem superfluum fuisse causas passionis dicere iudicamus , cum sit necessarium id quod ex causis conficitur edocere. Multo autem

ac magis superfluum dicimus, etiam causas antecedentes diffinitionibus adiungi. quippe cum nec sola cholerica passio ex indigestione fiat, neque sola indigestio hanc faciat passionem, sed etiam alias speciales, atque contraria virtutis, quarum nihil ex ista diffinitione monstratur. Dehinc quod rheumatismus siue humoris fluor, non solum ventris atque intestinorum sit, sed etiam stomachi. quapropter ut Soran⁹ ait, Cholerica passio est solutio stomachi, ac ventris, & intestinorum cum celerrimo periculo. Sed antecedentes causas eius passionis dicimus, vinolentiā, vel malum medicamen potum, aut aquarum calidaruṁ potationem, vel iactationem maritimam prime nauigationis, quae commoueat insuetos: sed vehementius hoc facere dicimus ubi continuamus indigestionem ob plurimam sumptionem cibi, aut insueti, aut curiose conditi. quorum sane intellectus aptus rationi est ob causarum scientiā, inutilis vero ac necessarius curationi, vel naturę. huic passioni similis ac vicina est diarrhoea atque stomachi resolutio. Sed diarrhoea Asclepiadis sestatores discernunt, in cholericis aiunt ventris & stomachi rheumatismū, hoc est humoris fluorē, in diarrhoea vero ultimaruṁ partiū profluuium. Nos vero dicim⁹ in stomachi solutione solū vomitu frequentare, & neque simul ventris fluorem, qui si fuerit rursus vomitu non attestante solius ventris significat solutionem, & appellabitur diarrhoea, in cholera passione cōcurrat, hoc est vomitus atque vētris fluor cum alijs quibusdam accidentib⁹ signis, quę post memorabim⁹. Item indigestionem aiunt genere differre, sed

## CÆLII A C V T. MORB.

Asclepiadis sectatores magnitudine inquiunt, si quidem paruu ex indigestione corpusculorum concursus siue obtrusio, maior autē in cholericis tempore inquiūt, siquidē præcedat indigestio cholérica, sed horum prompta atque facilis est discretio, etenim indigestio cōficitur ex corruptione ciborum, etiam si quis neque vomat neque humoris fluorem sustineat, quē Græci rheumatismum appellāt, per ventrem effectum. Cholera autem ex vomitu atque ventris fluore turbatio, etiā si cib⁹ nō fuerit corrupt⁹, & ex alijs antecedentib⁹ causis fuerit veniēs, intelligi potest.

Quæ sequuntur eos qui cholérica passione afficiuntur. Cap. XX.



Ræcedit frequenter cholericos stomachi grauedo atq; tensio, axietas, iactatio, vigiliae, tormentum intestinorum cum sonitu, quem Græci borborismon vocant. Ventris dolor atque per podicem venti fluor nihil releuans, ructationes fumosæ. Nausea, saliuarum fluor grauedo thoracis cum membrorum defectu, surgente passione iugis vomitus, & primo corrupti cibi, sicut frequenter occurrit, & humoris atque fellis flauidi, dehinc vitellis ouorum similis, tunc prasij, atq; eruginosi, vltimo etiam nigri, ventris quoq; turbatio cū dolore & egestio vomitorū similis, hoc est spumosa & acerrima, cū frequenti delectatione vomendi. Crescente passione aquasti atque tenuis liquoris fiet egestio, & aliquando similis loturæ carnis. feruntur etiam cum his humoribus plerunque subalbida desputa, sequitur etiam densitas pulsus & articulorum, atque

vultus nigrore fuscatus , ardor , atque fitis infas-  
tiabilis, spiratio celerrima, & contractio vel con-  
ductio membrorum , cum neruorum tensione,  
ac surarum & brachiorum. Præcordiorum etiam  
ad superiora raptus cum dolore iliaco simili. ali-  
quando etiam egestio ventris sanguinolenta,  
vultus in maciem atque tenuitatem deducti, ocu-  
li rubri, & in ultimo singultus. ita denique acuta  
atque celerrima passio esse a veteribus memora-  
tur, vt nunquam in secundum veniat diem. At  
si in meliorem partem vergere coepit, vt leuior  
fiat, articulorum atque corporis frigus infarctu-  
mitescit, & pulsus assurgens manifestior fiet ex  
altioribus ad superficiem veniens, parue etiam,  
atque interuallis longioribus egestiones fient, &  
paulatim releuatiō aeger efficitur . Accessiones  
autem apprehendimus ex his, quae sunt passio-  
ni consequentia . Cum enim anxietas atque ia-  
statio, confluentibus ad stomachum liquidis, &  
contractio articulorum occurrit, accessionem  
præsentem dicimus. At si post vomitum minus  
sibi aeger coepit displicere, stomachi occurre-  
rit releuatio, & mitigata ventris mordicatione,  
ventris cuncta minui aduersa coepirint, dimissionē  
pronuntiamus. Generaliter autem passio est ve-  
hemens, atque acuta, vel celeris , & aliquādo so-  
lius solutionis, aliquādo adiuncta ex aliqua par-  
te strictura, vt dolores ostendunt stomachi atq;  
ventris & intestinorum, & articulorum contra-  
ctio. Magis autem patitur in ista passione sto-  
machus, & venter & intestina , cætera vero vel  
omnia corporis consentiunt.

## CÆLII ACVT. MORB.

Quomodo curandi sunt cholericī. Cap. XXI.

Holericos oportet primo simili-  
ter vt cardiacos locari, atq; vt in-  
digestos, vel qui cibos excludunt:  
potum dari decet tepidæ, vt quod  
immutatum corruptione videa-  
tur, tanquam veneni materia per  
vomitū depurgetur. At si hēc corrupta exclu-  
di desierint, erunt ægrotātes feruandi in eodem  
scheme, prouocabiles sunt enim liquidorum  
fluctionibus motus. Conuenit etiam articulorū  
leuis atq; impressa defricatio cum quadam per-  
seuerabili tenacitate. Tūc etiam eorum ligatio,  
qua cum fuerint densa phthisicū consentire sto-  
machum cogāt. sed ne ex his ligamentis supe-  
riora torpescant, erunt s̄epius commutandæ li-  
gationes. Tunc stomacho atque ori ventris spō-  
giae admouendæ iugiter ex aqua frigida expre-  
ſæ, dehinc etiam ex posca, atque ijsdem facies  
detergenda, quò defectione submota in resum-  
ptionem veniant ægrotantes. Vtemur etiā odo-  
ramentis sicut in cardiacis ordinauimus, atque  
flabris & cataplasmatib⁹ frigidæ virtutis, secū-  
dum thoracem, ac ventrem. sed vt non s̄epius  
hēc mutare cogamur, neque contrario perma-  
nendo calida efficiantur, spongijs frigida expre-  
ſis atque superpositis ea frigidamus, vt non s̄e-  
pius virtute constrictiua, verum etiam frigido  
tactu fluorem constringant. At si dolor, vel inte-  
stinorum tormēta, plurimum coegerint, pro fri-  
gidis spongijs. aliqua temperantia admouem⁹.  
Tunc tectionem mundarū lanarum, vel olei dul-  
cis, atq; calidę infusionib⁹ vtemur. Similiter etiā

propter contractiones, articulos lana circuntemus, & pannis calidis colligamus. Infigimus præterea cucurbitas leues, quas Græci κουφας vocant, scilicet sine scarificatione, has frequenter detrahemus, atque differentibus locis infigimus, quo latenter ac sensim etiam strictura, quæ irruerat, resoluatur. At si dolores coegerint, & plus vrgere yomitum viderimus, solutiœ obtinente, ita cucurbitas infigemus, ut in cardiacis membra rauimus, hoc est, constrictias ori ventris, atque subsequentibus partibus. Aliquando etiā à tergo per interualla damus dimissionis. Præterea aquā frigidam sorbendam, per interualla quidem, at si vehementius vires amputari, ac solutionē crescere viderimus, præcuratis ægris, ut in cardiacis docuimus, cibum damus dimissionis tempore, non expectata prima diatrito, defectionis coacti periculis. Dabimus igitur panē ex aqua frigida, diligenter prælotum, halicam, vel oryzam ex aqua, vel posca, aut oua hapala, aceto prius infusa, & pulticulam sicciorē. At si accepta reiecerint paululum requiescentes, post interuallum rursum cibo nutrimus. Tūc si res coegerint etiā tertio id facimus, vel quarto: & ob retinendum cibum cucurbitam latioris osculi vnam vel secundam plurima cū flamma infigimus ori ventris, infra costarum finem eodem tempore quo cibum damus. Tunc post eius sumptionem idem facimus, quo constrictione atq; raptu corporis ad inferiora venire, & permanere cogātur accepta. Oportet præterea adiutoriorum medicos critatem intueri. Nam plurimo atque iugi cibo opressione præfocati sāpe sunt ægrotantes. At

si distantia temporis longiore fuerit vomitus intercedinatus, & ventris effusio ijsdem dilatationibus dirarata, tunc ut in declinatione totius passionis, ob destructionem dabimus quicquam pomorum, vt pyra, vel mala cydonia, aut sorba, aut malii punici grana, aut damascena, vel recentium vuarum, palealiū, intybi thyrsum, atq; volantium pectora, sed non pinguium ut perdis, vel phasse, vel similiū in posca decoctorum vel assorum cum aspergine corticis malii punici, in puluerem comminuti. Dehinc ē cellario quem Græci apotamiam vocant, colymbadas oliuas fractas. At si sufficienter ægrotantium surrexerint vires, dabimus etiam panem ex vi- no mediocriter austero & aqua frigida tempe- rato. Dehinc etiam bibendum dabimus ex ipso mixtum potum, sed eo tempore quo cibū dabi- mus: multum enim bibere prohibemus, siquidē sitis siccare valeat humecta. At si febres fuerint consequitæ, & vires ægrotantis permiserint, ab- stinentia cibi abstinemus una die: si autem hoc ferre non potuerint, dabimus cibum dimissio- nis tempore: si vero febres non coegerint, & passionē cessasse viderimus, non sine cautione ac diligentí cura resumimus ægrotātem paulatim, atque modicis adiectionibus motus, vel ciborū præcauentes superfluos cibos, ne in commemo- rationem passio reducatur. Resumptis igitur vi- ribus etiam lauacrum adhibemus. Hæc est se- cundum nos cholericorum cura. Veterum autē medicorum sententiæ variant. Hippocrates fel quoddam appellans choleurecā nominauit, atque iliacæ passionis esse particulam siue concursum

constituit. Nunc denique eius curationem, neque memorare dignum est, sed quinto libro epidemion cholericorum signa tradēs helleboro dicit vtendum cum lenticula, vel singularem succum lenticulæ bibendum. Tunc inquit vomitū prouocandum. quod est non aliter contrariū, quām si quis fluore sanguinis pereuntem, vel diaphoresi dissolutum phlebotomare, vel ita ut cardia cum sudore defluentem calido lauacro vel sudoriferis vaporibus velit adiuuare, quod id ipsum quod passio nititur, adiutorium quoque fieri vehementius cogat. etenim in helleboris vomitus factus etiam his qui nulla solutione afficiuntur cholericæ passionis periculum solet fieri, & magis cum non præparatis corporibus adhibetur. At si quisquam Hippocratem defendens dixit ab eo nō datum, sed memoratum, quod quidā cholericus acceperit, vel sibi ipse dederit, frigida vtitur defensione. Ait enim Hippocrates profuisse datum, quod si displiceret, culpare debuerat. Item Diocles libro quo de passionibus atque earum causis, & curationibus scripsit, frigerandos inquit cholericos, & donec depurgentur nihil accipere. Tunc cum tēpus visum fuerit dandum frigidam & in vomitum prouocandas. balanos etiam per podicem indendos. At si hyems fuerit, calida aqua vtendum, tunc nigrum dandum vinum cum polenta, atque post positum somnum quiescendum. singultui vero absinthium dicit conuenire, & ad solutionem bubulum vel caprinum lac, dimidiæ heminæ quantitate, cum papaueris albi succi cyatho

## CÆLII ACVT. MORB.

dimidio, & malo punici succo. scribit etiam aliud curationis genus, quo memorat cumino quoque atque sale & origano, & his similibus potis uterum. Culpandus igitur primum est, quod calidum potum dari iubat cholericis cum tempus hysmis intuetur, & non passionis considerat vires. Neque conijciens quod calidum quicquid est laetando prouocet vomitum. Addidit etiam nihil dandum, donec ægrotantes depurgentur, & non docuit tempus cibi offerendi, neque demonstravit, quia post depurgationem corruptorum dismissionis tempore erunt ægrotantes nutriendi, denique tempus vini dandi non memorauit. Item absinthium est acerrimæ virtutis, & propterea incongrue, atque imperite singultientibus ordinatum. est enim ex tumore stomachi veniens singultus. Lac etiam in eiusmodi passionibus facilius aescit, & effusionem ventris prouocatam extendit. Cuminum quoque & origanum acerime virtutis esse nemo est qui nesciat, quo fiet ut aperiantur magis quam claudantur fluentia, & prouocentur mordicationibꝫ quae forte sunt in tumore constituta. Praxagoras primo libro de curationibus contra docens, iubet dari plurimum mulsum ex aceto confectum ehibendum, & calido passo, atque absinthio potados probat. Vos mentibus vero prius inquit calidum potum dandum. Tunc si plurimus inquit vomitus fuerit laetando ægrotos calida, & post lauacrum somno dimittendos. At si dormire non potuerint, danda polenta atque bibenda ex mulso, vel passo, vel frigida. Et cum vomitus quietuerit, lenticula nutriendos & vino potandos. At si vomitus perseverat

uerit post dationē rursum lauandos, atq; ijsdem  
vtendum: at si perseverauerint ea quæ per ven-  
trem ferontur manente etiam vomitu, alia die  
rursum lauandos atque similia adhibenda. Ap-  
paret etiam in hoc morbo erroribus implicari.  
Etenim mulsum ex aceto doloribus est incons-  
gruum, vt quod inflet tumentia ex aceti quali-  
tate: absinthium vero sit nocens, vt superius me-  
morauimus. Item calidus potus, vomitibus est  
inconueniens, lauacrum quoque fluenti corpori  
vehemēter inimicū, quod iste non semel sed sæ-  
pius adhiberi confirmat: & neque cibo nutriēs,  
quo facilius vires ægrotantis diuersis intereant  
detrimentis. Neque saltem semel sub hac laua-  
cri frequentia dormire permittēs, vt ipse voluit.  
Item mulsum ventrem dissoluit, quippe non de-  
coctum. Non aliter etiam dulce vinum. ridicu-  
lum quoque est, atque cachinos commouens,  
pausante vomitu lenticulam dare, perseverante  
vero lauacrum adhibere, cum sint hæc in utro-  
que contraria. Etenim lenticula constringit pre-  
sentem fluorem, lauacrum vero corpus coequat  
post vomitus cessationem. Item Erasistratus se-  
cundo libro salutarium vtitur tepido potu vo-  
mitum prouocans, vel acrimoniam temperans  
fellis: contra dolores autem tepidis vtitur vapo-  
rationibus, & cataplasmatibus ex vino, at si sitis  
& defectio coegerit, vino potat les bio, cū aqua  
frigida, sed in aquæ cyathum vini guttas duas  
admiscendas iubēs, vel tres, vt solū, inquit, odo-  
rem vini habere aqua videatur, atque hoc biben-  
dum post singulos imperat vomitus, & post sin-  
gulas ventris effusiones, plus, inquit, aquæ admi-  
scendas.

I.J.

## CÆLI ACVT. MORB.

scendum si febres irruerint, & similiter lenticulam dandam & vinum, aut malorum infusionem, vel decoctionem aut pomorum, aut pyrom, & etiam lauacrum probat & resumptiōnem adhibendam. Sed hinc quoque excludēdus in quibusdam est, etenim contra dolores quomo do calidis, sic sine vino cataplasmatib⁹ vtendū: siquidem rigore quodam naturali siue mordicatione, quam Græci rhigos vocāt, vino constrain̄gant. Est præterea eorum datio ante declinatiōnem passionis contraria, & magis cum sine cibo danda ordinantur, & immodice: siquidem post singulos vomitus, id fieri præceperit, cum propter virium solutionem oportuerit etiam cibi quiddam offerre, & non solum vinum potādum dare: febribus quoque irruentibus, & quantum credendum est humore interposito, inconueniēs est lenticula & infusiones siue decoctiones constringentiū materiarū. Harū enim vomitum co gentium fuerat usus necessarius. At Herophilus cholericorum curationē secundū se alijs nullam tradidit. Asclepiades vero tertio libro celerū vel acutarum passionum affectans vomitum ex rapaci haustu transuoratis potionibus, eadem die leuat ægrotantes & vino potat cum polenta: & quid ultra? cum plurima approbet veterum curationum, solum prohibens ea die leuādos nisi vires fuerint reparatae. oportebat etiam vini tempus diffinire, atque post cibum dandum ordinare. Empiricorum Serapion primo libro curationum istius passionis medelam tradidit. Itē Heraclides Tarentinus libro quarto, sed communiter uterque rationalis logicorum consen-

tiunt curationi, adiuentes etiam medicamina  
quæ catapotia vocauerunt, multis ex speciebus  
confecta: quæ pharmacode dicuntur. Necnon  
potiones etiam ad retinendos exitus fluentium  
materiarum, ex quibus sunt hyoscyami seminis,  
quem nos altercum dicimus, drachmæ duæ, ani-  
si drachma una, opij drachma semis, contrita &  
superfusa aqua dulci. Tunc collecta & in trigin-  
ta partes diuisa, singula faciliter catapotia, & dan-  
tur in aqua frigida, cyathis duobus. Abstinet, in-  
quit, etenim ventrem. His vero qui fuerint viri-  
bus illesis conuenire dicit medicamē ex myrra  
atque papauere & croco confectum in quantita-  
tem erui datum cum vini cyatho, sed hæc vehe-  
mētius ostendit Heraclides Tarētinus, dans eti-  
am halicam cum vino ultimē depressionis, hyda-  
tode græci vocant, nos abusive torticum, vel cū  
absinthio & oryza, vel lenticula, aut ptisana, cū  
contrariam virtutem halicæ lenticula atque ptis-  
ana obtineat. Item primo libro regulari siue ut  
græci dicunt, diætetico, nutrīes cholericos prima  
die, cæteris vtes congrue. Postera inquit die eos  
ante vomitum usque ad tertium diem neque cibo  
nutriendos, neque os colluere permittendos, si  
quicquam fuerit suspicione sollicitum. Post tertiu-  
m vero diem continenter atque cum cautione  
resumptionem faciendam. Sed huic erit respon-  
dendum: Vtrum in declinatione passionis dari di-  
xerit vinum, atque varium cibū, an ante ipsam,  
quod est intempore atque importunum. Sed si  
in declinatione, cur declinante passione, & quan-  
tum creditur forsitan & exclusa, usque ad primā  
diatriton abstinendos existimat ægrotantes? His

r ij.

## GÆLI TACVT. MOR B.

enim qui forsitan ob eius defensionem dixerint eum præcauere tursum ne febres irruant. Respō demus hoc esse occultum, & non oportere methodicum esse suspicionib<sup>9</sup> incertis occupatum, & vere. at si ob irruentem febriculam, quæ iam presens esse videatur, abstinentia putat vtendū, erat melius dicere, quia cessante vomitu, emer gente febricula abstinentia est adhibenda, quod idem facere vel memorare neglexerit.

De defluxione, quam græci diarrhoeam vocant.

Caput XXXI.

**D**efluxio, est secundum Asclepiadē rheumatismus, siue fluor parui temporis vltimarum partium coli atque sessōnis, siue longanonis, ut nos appellamus. Quæ fit, inquit, ex conuentu siue concursu atq; congressu corpusculorum. Sed huic quidam responderunt, quod non solum vltimarum partium coli defluxio esse videatur, sed etiam superiorum, item ex corpusculorum concursu, siue conuentu, quem entasim appellavit, negant fieri posse defluxionem, sed magis abstinentiam vel retentionem. Alij tursum defluxionem dicunt fluorē, siue vt græci rheumatismum parui temporis intestinorum, atque sessōnis vel longanonis secundum viarum raritatē. Sed superfluum est causas adijcere, cum passionem diffinimus, quibus fuerit confecta defluxio. Item alij defluxionem esse dixerunt ventris turbationem celerem, vel acutam, quæ fit ex corruptione ciborum. Sed etiam nunc habet quædam

superflua, diffinitio. Dehinc etiā sine corruptione ciborum, aut simili causa posse defluxionem fieri praeuideamus. Sequitur autem defluxione laboratatem sine ullo dolore effusio liquidorum per podicem, hoc est, per anum quæ corporis faciat corruptionem. Aliquando etiam perseuerando intestinorum vulnerationem, ex qua dysenteria sœpe sequatur. Utendum deniq; ægrotante locato, silentio atque abstinentia cibi & vini. Tunc cataplasmatibus constrictiuis secundū clunes atq; ventrem vel pubetenus. Alia die si defluxio cessauerit cibus adhibendus constrictius. Tunc etiā vinum atque lauacrum adhibendum, & cætera quæ resumptionibus conuenire videntur.

CAELII AVRELIANI METHO-  
dici Siccensis Oxeon Libri tertij finis.

r.ijj<sup>o</sup>